Corpus Animatum:

SEU,

TRACTATUS DE ANIMA ANIMANTE,

In quatuor Partes divisus.

Modo facili etsi Philosophico secundum Philosophum digestus.

AUCTORE

JACOBO LE FRANC, T.B.

Ecclesiæ Gallicæ in Civitate Norwicensi Pastore.

Mirabilia sunt opera tua, Domine. Psal. 139.

LONDONI,

Excudebat *R. Davenport*, væneuntq; apud *Thomam Dicas* sub signo Gallinæ & Pullorum in Cœmiterio D. Pauli.

MDCLXIV. M.DCLXIII

F. Dicas
l: 447

784. b. 15.

Corpus Animatum:

SEU,

TRACTATUS DE ANIMA ANIMANTE,

In quatuor Partes divisus.

Modo facili etsi Philosophico secundum Philosophum digestus.

AUCTORE

JACOBO LE FRANC, T.B.

Ecclesiæ Gallicæ in Civitate Norwicensi Pastore.

Mirabilia sunt opera tua, Domine. Psal. 139.

LONDONI,

Excudebat *R. Davenport*, væneuntq; apud *Thomam Dicas* sub signo Gallinæ & Pullorum in Cœmiterio D. Pauli.

MDCLXIV. M.DCLXIII

MVSEVM
BRITAN
NICVM

4 N e

Illustrissimis necnon generosissimis Viris,

JOHANNI KNIVET

Nobilissimo Balnei Equiti, Eminentisq; Equitum turmæ duci strenuissimo;

ET

ROBERTO GAWSELL

Armigero, Prudentissimoq; in Comitat. Norff. Pacis Justiciario.

Sapientissimis Jurisconsultis,

FRANCISCO CORIE,

Civitatis *Norwicensis* Recordatori, Augustissimiq; nunc Parliamenti Senatori,

ET

JOHANNI NORRIS

Ejusdem Civitat. doctissimo Consiliario, Causæq; Regiæ fidelissimo assertori.

ET

Eminentissimis Medicinæ Doctoribus, doctissimisque Philosophis,

Thomæ Brown & Gulielmo Crabbe,

mei amantissimis & gratiosissimis Amicis.

Hoc suum Animatum Opus in grati animi testimonium Dedicat

JACOBUS LE FRANC.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Benevole Lector:

CReatam naturam adorare nefas est, scilicet, illam intueri, mirari in ejus aspectu omnibus est necessarium: Etsi enim in terris se nobis spectabilem & familiarem præbeat, dum veluti crinita messibus & tanquam movilibus vinearum ornata botris, necnon metallorum, gemmarumque multitudine dives, apparet, quasi tractanda manibus; dum tamen in aere, ubi Paulo severioris est aspectus, nimbis insidens corruscat fulguribus,

ignibus armatur, & tonitrui terribili fragore mentes hominum percellit, attentos quidem facit, sed attonitos simul; nec sinit eos usque a Deo bene effectuum penetrare causas, quin mirentur, & fortassis ignorent. In rebus quidem animatis, divino quasi ornatu conspicua est; verum ita, ut nihilominus in ipsis lateat, confirmatamque faciat sapientissimi Regum sententiam, quod omnium operum Dei nemo in hac vita rationem poterit invenire: Non tamen (benevole lector) te deterreat a naturæ animatæ contemplatione tanta ejus dignitas, imo potius tuum ad ejus intelligentiam accendat animum: Sed Dii laboribus omnia vendunt; unde rerum scientiam non assequimur unquam aliter quam studio & labore; verum cum scientiæ omnes non sint ejusdem pretii & dignitatis, sed aliis aliæ sint præstantiores, nonnisi dispari etiam & majori persoluto labore scientiæ honorabiles possidentur. Quid inde?

Ergo,

Ergo, animastica quæ eximia & magni pretii scientia est, nonnisi studio & labore plusquam mediocri obtinebitur. Labor terret fortassis, & utilitas ignota non allicit; sed amor consequendi, laborem jucundum faciet, si perpendas quam maxime ista honorabilis & utilis est scientia, quæ objectum inter inferiores creaturas nobilissimum respicit, & sine qua, aliæ non omnino bene tenentur scientiæ, seu Metaphysica, seu Moralis, seu Naturalis scientia; non Metaphysica, quia incognita intellectuali anima, non potest cognosci intellectualis separata substantia; non Moralis, quia ignoratis animæ potentiis eas dirigendi modus, in quo hæc disciplina consistit, ignoretur etiam necesse est; non denique Naturalis scientia, quia, magna pars naturalium, animæ quæ est principium omnis motus in animatis, potitur: applica igitur (si vis hanc obtinere scientiam) animum ad animam, ut eam non laudes tantum, sed laudabilem

quæras

queras, quæsitamque studio, & labore repertam habeas istam honorabilem scientiam.

Vale.

These

These Books following, are sold by Thomas Dicas *at the* Hen *and* Chickens, *in* St. Pauls Church-Yard.

FLorio's Intalian English Dictionary, inlarged by *Giovanni Torriano.* fol.

An Epilogue to the Tragedy of the Church of *England.* By *Herbert Thorndick.* fol.

Just Weights and Measures, That is, the present state of Religion, Weighed in the Ballance, And measured by the Standard of the Sanctuary. By *Herbert Thorndick.*

Playes, written by the Lady *Marchioness* of *New-Castle.*

Diatribæ duæ, De Fermentatione; & Febribus, per Tho: Willis.

Forty Sermons by *Ralph Brownrigg* B. of *Exceter.*

Quarto

Quarto

Vetus Testementum Græcum, ex versione Septuaginta interpretum, juxta exemplar Vaticanum Romæ impressum quarto & 8°.

De Atramentis cujuscunque generis, opus sane novum Hactenus a nemine promulgatum. Auctore Petro Maria Canepario.

Exercitationes Pathologicæ, in quibus morborum pene omnium natura, generatio, & causæ inquiruntur a Gualtero Charletono.

Sol Angliæ oriens: Auspiciis Caroli *secundi Regum glorioſiſſimi, in carmine Hebræo, Arabico, Syriaco, Samaritico, Chaldaico, & Græco,* &c.

Octavo.

Robertus Groſſ-teſt *Epiſcopus Lincolnienſis de Ceſſatione Legalium.*

De obligatione conſcientiæ prælectiones decem Oxonii in Schola Theologica habitæ, Anno Domini 1647. *a* Roberto Sanderſono *Theologiæ ibidem Profeſſore Regio, nunc vero Epiſcopo Lincolnienſi.*

Tractatus de corporum inſeparabilitate, in quo experimenta de vacuo, tam Torricelliana quam Magdeburgica & Boyliana examinantur; veraque eorum cauſa detecta, oſtenditur, vacuum naturaliter dari non poſſe, unde & Ariſtotelica de Rarefactione ſententia, tam contra aſſertores vacuitatum, quam corpuſculorum demonſtratur, acceſſit

cessit solutio difficillimi illius Problematis Aristotelici de duabus Rotis, quæ licet valde inæquales, æquales tamen orbitas describunt. Auctore Francisco Lino.

Græcæ & Persicæ linguæ Historia, sive de earundem linguarum origine progressu, & incremento. A Gulielmo Burtono.

Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam nascentium.

De plenitudine mundi, Philosophica dissertatio, in qua defenditur Cartesiana Philosophia. Auctore, Gilberto Clarke.

Alexander Aphrodisæus, *De fato & de eo quod nostræ potestatis est, Græce & Latine.*

Considerationes modestæ, Et pacificæ controversiarum, De Justificatione, Purgatorio, Invocatione sanctorum, Christo Mediatore, & Eucharistia, per Gulielmum Forbesum *Episcopum Edinburgensem primum.*

Duodecimo.

Sonus Buccinæ, sive tres tractatus De virtutibus fidei & Theologiæ, de principiis earundem & de erroribus appositis, quibus accesserunt quæstio Theologica de Gratia & Libero arbitrio, mens Augustini de gratia Adami ratio villicationis de medio statu. Auctore Thoma Anglo.

Ejusdem Monumetham excantatus, sive Animadversiones in libellum famosum inscriptum,

ſcriptum, de Anglicani Cleri retinenda in Apoſtolicam ſedem obſervantia.

Ejuſdem Euclides Metaphyſicus, ſive de principiis ſapientiæ.

Divinæ fidei Analyſis, ſeu De fidei Chriſtianæ reſolutione libri duo. Auctore Henrico Holden.

Novum Teſtamentum Vulgatæ Editionis, cum Annotationibus, quibus ſenſus ad literam redditur facilis intellectu. Auctore Henrico Holden.

Claudii Salmaſii *ad* Johannem Miltonum *reſponſio, ſive Vindiciæ defenſionis Regiæ pro* Carolo *primo ad* Carolum *ſecundum.*

Medicus Microcoſmus, ſeu Spagyria Microcoſmi, exhibens Medicinam corpore hominis tum vivo, tum extincto, dote erudendam. Autore Daniele Beckero.

Manuale Medicorum, ſeu Syntaxis Aphoriſmorum Hippocratis. 24°.

A compendious Dictionary Engliſh-Latine and Latine-Engliſh, by *Chriſtopher Waſe.*

The Life of Doctor *Henry Hammond*, by *John Fell.* D: D:

A Sermon preached at *Hampton Court* the 29th. of *May* 1662. by *Richard Alleſtry* D: D:

De Rachitide, ſive morbo puerili, qui vulgo the Rickets *dicitur, per* Franciſcum Gliſſonium. *Dialogus*

Dialogus de Syſtemate mundi. Auctore Galilæo Galilæi.

Diatriba de Chaldaicis Paraphraſtis eorumque verſionibus, ex utroque Talmude, ac ſcriptis Rabbinorum concinnata. Auctore T: Smith: Oxonienſi.

Forteſcutus illuſtratus, or a Commentary on that nervous Treatiſe *De Laudibus Legum Angliæ*: written by Sir *John Forteſcue* Knight, by *Edward Waterhouſe* Eſquire.

Scholæ Wintonienſis Phraſes Latinæ corrected and much Augmented by *H. Robinſon*. D. D.

Iſocratis Orationes & Epiſtolæ, cum Latina interpretatione Hieronymi Wolfii.

Circulus Piſanus Claudii Berigardi.

Monarchy Aſſerted by *Matthew Wren*.

Defenſio fidei Catholicæ De ſatisfactione Chriſti, adverſus Fauſtum *Socinum, ſcripta ab* Hugone Grotio

Claudius Mangers French Grammer, with 50 new ſhort Dialogues in French and Engliſh.

An Introduction to the Italian Tongue, as alſo a new Store-houſe of proper and choice Dialogues, by *Gio. Torriano*.

Several caſes of conſcience diſcuſſed in ten Lectures in the Divinity School at *Oxford* by *Robert Sanderſon* B. of *Lincoln*.

Corpus

Corpus Animatum:
SEU
Pars prima hujus Tractatus, de Anima in communi,
Unica Disputatione comprehensa.

Caput primum De Animæ divisionibus.

ANimæ divisio necessaria omnibus videtur Philosophis, sed priusquam ad eam veniamus, observandum est animam sumi apud Philosophos duplicitur; primo improprie seu metaphorice pro forma assistente, substantia completa; qualis est Intelligentia seu Angelus respectu Corporis Cœlestis, per-

quem a quibusdam Cœlum dicitur Anima
tum. Secundo proprie pro forma vitali
ter informante & esse substantiale tribuente
quæ est substantia incompleta alicui cor
pori unita vel unienda, ut inde totum ali
quod Physicum resultet ; qualis est anim
hominis ; unde ex ista duplici animæ ac
ceptione sumitur, prima illius divisio in ani
mam assistentem & animam animantem se
informantem ; verum istam animæ divisi
onem ut minus convenientem nihil moror
præterea anima sumitur pro spiritu vita
& potentia motrice quæ sunt animæ facul
tates & instrumenta, sed ista acceptio ani
mæ, omnium est Latissima ; aliquando e
tiam anima sumitur pro succo naturali qu
plantæ in suo esse vitali conservantur ; ve
rum missis *Illis minus* aptis animæ divisi
onibus,

Dicimus animam proprie dictam seu in
formantem tripliciter dividi, scilicet in ve
getantem, sentientem, & rationalem, & e
nim non datur forma ab istis tribus alia
quæ jure & proprie anima possit appe
lari : nam quæcunque actiones & potenti
vitales ad eas tres animas, aut ad ex ill
alteram, ut patebit consideranti, facile re
vocari possunt : nihilominus istam divisi
onem duplici modo probamus ; primo e
tribus animatorum distinctis operationibu

iquidem bene distinguuntur viventium ani-
næ secundum suas proprias operationes,
um omnis operatio sit ab anima: primo ita-
que veritas assertionis nostræ patet, eo quod
nimatorum quædam, puta animata ratio-
ali anima, operentur cum Corpore sed
on proprie per corpus tanquam, per in-
rumentum; hoc modo homines ratiocí-
antur cum Corpore sed non per Corpus
anquam per instrumentum.

Verum objicies, homines dum ratiocí-
antur utuntur organis & phantasmatibus,
eu representationibus quibusdam: ergo
atiocinantur per corpus tanquam per in-
rumentum.

Respondeo, Concesso antecedente, ne-
atione consequentis; quia dum ratiocí-
antur homines, utuntur organis, non ut
nstrumentis suæ ratiocinationis, sed ut
nstrumentis quibus percipiunt phantas-
nata; percipere autem phantasmata, non
st ratiocinari; cum vero ratiocinando u-
ntur phantasmatibus, illis utuntur ut ob-
ectis suæ ratiocinationis, minime ut instru-
entis; quemadmodum videns ut visionem
xerceat, utitur coloribus non tanquam
nstrumentis suæ visionis, sed tanquam ob-
ectis. Unde secundo,

Veritas nostræ divisionis asseritur, eo-
uod animatorum quædam sic operantur,

ut ipsis utantur organis, tanquam instru
mentis, non autem qualitatibus corporis
hoc modo animata sensibili anima operan
tur; etsi enim calidum, & frigidum, hu
midum & siccum, & aliæ qualitates Cor
poreæ ad operationem sensus requirantur
non tamen ita, quod mediante virtute tali
um operationum, operatio sensitivæ anima
fiat, ut fatentur fere omnes Philosophi; sed
ita solum, quod hæ qualitates ad organi
seu instrumenti debitam dispositionem re
quirantur: Tertio demum quædam anima
ta sic operantur, ut ipsis qualitatibus & or
ganis corporis utantur tanquam instrumen
tis suæ operationis: hoc modo operantu
vegetabilia, anima vegetante informata
etenim digestio, nutritio, & augmentatio
quæ vegetabilium sunt operationes, instru
mentaliter fiunt per actionem caloris, hu
miditatis, & aliarum hujusmodi qualita
tum.

Alter modus probandi præpositam anima
divisionem sequitur, ex triplici esse quo
habent res in viventibus quorum actus e
anima; nam in viventibus, alia habent ess
omnino immateriale, alia omnino materiale
alia partim materiale, partim non mate
riale; in quibusdam enim viventibus v. g
in hominibus, intelligibilia habent esse om
nino immateriale, sine materia, sine or

gano

ano, & sive qualitatibus materialibus, in
liis viventibus, verbi gratia in sensitivis,
uatenus sunt sensitiva, sensibilia habent
sse partim materiale, partim non; nam in
ensu res habent esse sine materia, non ta-
en sine conditionibus materialibus, & or-
ano corporali; in aliis denique viventi-
us, Id est in vegetabilibus quicquid esse
abet, corporeum & materiale illud habet,
. g. nutritio & augmentatio in illis viven-
ibus inveniuntur per organa quæ sunt cor-
orea & per qualitates humidi aut sicci, ca-
idi, aut frigidi, quæ sunt materiales; un-
e clarum est triplicem tantum esse animam
roprie dictam, vegetantem, sentientem,
rationalem.

Sed forsan dicet aliquis, facultas Loco-
notiva videtur aliam supponere animam a
ribus prædictis distinctam; ergo non est
ufficiens posita animæ divisio, in vegetan-
em, sentientem, & rationalem. Respondeo
d antecedens, potentiam loco-motivam esse
nimæ sentientis virtutem, quæ ad actum
educitur quando in animato sentiente or-
ana sunt ad motum exercendum disposita.

CAPUT II.

Quid ſit Anima.

AD ſolutionem quæſtionis notandum eſt animam conſiderari poſſe dupliciter; vel in ſe ſecundum ſubſtantiam & entitatem propriam, ſeu ut præciſe eſt forma informans; vel ut eſt natura, ordinemque dicit ad motus & actiones quarum anima eſt cauſa & principium: hoc notato,

Dicimus primo, Anima ſecundum ſe ſumpta definitur ab *Ariſtotele*, ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. Actus aut perfectio prima corporis naturalis organici poteſtate vitam habentis. Dicitur primo actus, tum ad diſtinctionem partis materialis quam afficit, quæ ſecundum ſe & naturam recipientem eſt potentia, tum ad differentiam compoſiti ſeu Animati quod non eſt actus, ſed ens habens actum. Dicitur ſecundo primus, ut diſtinguatur ab operationibus quæ ſunt actus ſecundi, & etiam a facultatibus ſcilicet a ſenſu, & intellectu, & aliis animæ potentiis, quæ quidem dicuntur actus primi reſpectu operationum quarum ſunt principia, ut ſenſationis, & intellectionis, ſed hoc intelligendum eſt ſecundum

ndum quid, quatenus alium priorem
tum ſupponunt a quo emanant, nempe ip-
m animæ ſubſtantiam quæ ſimpliciter eſt
tus primus, & cujus reſpectu quæcunque
ius facultates actus ſecundi dicuntur. Di-
ur tertio corporis naturalis, quia anima
n eſt actus materiæ, niſi ſolum in ordine
totum animatum quod eſt corpus natu-
le, & cujus partes ſunt natura; dicitur
arto organici, id eſt diverſis inſtrumentis
diverſas operationes inſtructi; eſt enim
ganum pars quædam in Corpore quæ cer-
m & peculiarem ſibi habet agendi virtu-
m ut oculus videndi, & auris audiendi, un-
conſtat non eſſe organa in ſubſtantiis ho-
ogeneis quarum partes ſunt ſimilares, ut in
gno, & lapidibus, ſed in ſubſtantiis tantum
eterogeneis quarum partes ſunt diſſimi-
res, id eſt diverſi generis ut in animalibus.
icitur quinto & ultimo poteſtate vitam
bentis; id eſt, in quo eſt potentia proxima
actus vitales exercendos, ſeu clarius, quod
bet actum primum vitæ quo proxime po-
ſt actum ſecundum v. g. viſionem & au-
itionem exercere; propterea ova & ſemen
on dicuntur proprie animata, quamvis po-
ſtate vitam Contineant, quia iſta pote-
as remota eſt tantum & mediata quæ vi-
lem actum obire nequit, niſi præcedat
ermutatio ſubſtantialis ovorum & ſeminis
ipſa animata.

Objicies primo, Illud non potest esse actus seu forma Corporis quod non potest habere unum esse cum Corpore, nam debet convenire unum esse materiæ & formæ : atqui animæ & Corporis non potest esse unum esse, quia entium diversorum generum esse non potest esse unum : ergo male definitur anima, actus Corporis. Ad hoc,

Respondendum est, concedendo majorem, negatione minoris, ad cujus probationem dicimus Corpus & animam non esse diversorum generum, imo nec diversæ speciei, quod manifestatur ex his quæ ordinarie tractantur in categoriis, ea solum habere genus & speciem quæ sunt entia completa ; ea vero quæ talia non sunt sed partialia entia tantum referri debere ad genus & speciem totius : hinc enim clarum est (cum tum anima, tum corpus sint entia tantum incompleta) ea non habere diversa genera aut species, sed habere unum genus totius compositi, & unam ejusdem speciem ; & consequenter animæ & corporis esse unum Commune esse, scilicet totius compositi.

Objicies secundo, Ex hoc quod anima sit actus Corporis organici potestate vitam habentis, sequitur unius viventis plures esse formas substantiales, quod admitti non debet ; ergo ut prius, male definitur anima actus corporis dices. Probatur antecedens, quia

prius

prius est corpus Organicum esse tale per propriam corporeitatis formam, quam corpus illud esse animatum, aut animam esse actum ejus, & ei tribuere vitam quam potestate tantum habet; etenim, ut dicitur in definitione, potentia ad vitam prior est ipsa actuali vita.

Respondeo negando sequelam antecedentis, & ad probationem ejus dico animam non appellari aut definiri actum Corporis Organici potentia vitam habentis, quia ipsa vitam tribuat corpori, & alia forma det Corporeitatem, aut esse formale Corporis, sequeretur enim tunc quod objicitur; sed ita tantum appellari quia (quamvis corporeitatem & vitam tribuat enti cujus est actus) tribuit secundum prius & posterius, seu secundum ordinem graduum Corporeitatis & vitæ inter se; unde, quia prius est secundum ordinem generationis esse Corpus quam esse vivens, & prius est habere actum primum vitæ, quam habere secundum; id est, prius vivere, quam vitaliter operari, anima dicitur actus Corporis potentia vitam habentis, non per exclusionem animæ a Corpore cujus illa dicitur actus, nec per exclusionem vitæ in Corpore quod dicitur esse in potentia ad vitam; verum ideo solum, quia intellecto quod anima gradum Corporeitatis materiæ quam actuat,

Communicet

Communicet, & deinde actum primum vitæ, intelligi præterea debet quod eadem anima tribuere possit isti Corpori alias perfectiones, nempe operationes vitales quæ dicuntur actus secundi, respectu primi actus vitæ ad quam sequuntur operationes vitales. Unde manifestum est quod in illo cujus anima dicitur actus etiam anima includitur, eo loquendi modo quo Calor dicitur actus calidi & lumen actus Lucidi; & sic patet bene definiri animam, cum dicitur actus primus corporis Organici potestate vitam habentis.

Dicimus itaque secundo, definiri posse aliter animam, scilicet id quo vivimus, sentimus, & intelligimus; sed hæc animæ definitio animæ Convenit, quatenus natura est, & est intelligenda non conjunctive, quasi vero cuicunque animæ Conveniat esse principium vitæ, seu vegetationis, sensationis, & intellectionis, sed disjunctive, ita ut anima sit id quo vivunt plantæ, vivunt & sentiunt bruta, vivunt, sentiunt, & intelligunt homines.

Tertio & ultimo anima complete sumpta definiri potest actus primus Corporis naturalis Organici potentia, vitam habentis qua illud ipsum vivit, sentit, & intelligit.

CAPUT

CAPUT III.

Quot ſint Animæ in Animato.

DIco primo, Unum animatum una tantum conſtat anima; primo quia corpus naturale unica conſtat forma ſubſtantiali: atqui corpus animatum eſt naturale, cujus forma ſeu actus primus eſt anima, ergo corpus animatum unica conſtat anima. Probatur ſecundo, quia experimur functionem vitalem, maxime intenſam aliam impedire juxta vulgare dictum, *Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus*; ſcilicet quia una anima, vitalium Spirituum diſpenſatrix, ad hanc potius quam ad aliam actionem concurrit; ſi autem plures eſſent animæ, quælibet diſpenſare poſſet virtutem ad actiones ſibi proprias ſufficientem, adeo ut una ab alia non impediretur, aliter fruſtra ipſi virtutem conceſſiſſet natura. Sed

Dices primo in homine ſunt plures & diverſæ ſpecie actiones vitales, nutritio videlicet, ſenſatio, & intellectio ergo & ſunt plures animæ.

Reſpondeo, Negando conſequens, quia eadem anima per diverſas potentias & facultates ab ipſa emanantes poteſt diverſas actiones producere. Inſta-

Instabis, Si potentiæ sunt diversæ, ergo & diversæ sunt animæ.

Respondeo, negatione consequentis, non secus enim ac in inanimatis proprietates & affectiones inter se diversas ab eadem forma substantiali promanare experimur: verbi gratia ab igne calorem & siccitatem; ita & in animatis diversas potentias ab una effluere anima: & quidem ab una anima sentiente potentias sensitivas specie diversas procedere fatentur adversarii, quod manifeste demonstrat diversitatem potentiarum non importare diversitatem animarum.

Objicies secundo, Multæ sunt in homine actiones Corporeæ, nutritio, augmentatio, & visio; ergo & anima, earum principium & causa, debet esse Corporea; siquidem facultates sunt ejusdem rationis cum anima cujus sunt facultates: atqui anima rationalis non est Corporea, ergo præter ipsam, in homine alia admittenda est anima quæ sit Corporea.

Respondeo, Animam rationalem aliis superiorem, animas, vegetantem & sentientem eminenter continere, ita ut anima rationalis per se ipsam possit, quod possent sentiens & vegetans, si revera adessent: ad hoc autem quod dicitur, facultates sunt ejusdem rationis cum anima cujus sunt facultates

ultates; hoc esse verum fateor in illis facultatibus quæ immediate Emanant ab anima, ut facultas intellectiva ab anima rationali; non vero quæ mediate producuntur ut facultas sensitiva, & vegetativa, ab ipsam & rationali anima; etenim eæ facultates producuntur ab anima rationali, cum expulsis formis præcedentibus ea adveniente a toto composito emanant.

Dices tertio, Si anima rationalis sola hominem ita informat, diffundi debet in omnes Illius partes secundum se totam: atqui istud experientiæ repugnat, cum sint quædam partes quæ sentiunt tantum, & non intelligunt; aliæ quædam quæ vegetant tantum & non sentiunt, quod signum est in homine præter animam rationalem alias esse animas.

Respondeo, Animam rationalem secundum se totam & quatenus Eminenter continet inferiores animas, per omnes corporis partes diffundi, sed tamen in omnibus corporis partibus omnes actiones eodem modo non exercere propter Organorum dispositionem diversam, Ita ut Organa quædam vegetationem tantum recipiant ut ossa, alia sensationem ut manus; quia anima operatur habita ratione Organorum, & per ea agit Illud solum quod agere possunt instrumenta.

Sed

Sed ad clariorem noſtræ aſſertionis explicationem dicimus ſecundo, hanc methodum naturam ſervare in animando homine ut primo ex concepto ſemine in utero matris, accedente Illius ſanguine menſtruo ad generationem præparato componat corpuſculum per virtutem & Spiritum Seminalem; in quo ſecundo diſpoſitiones producit ad animam vegetantem, quibus diſpoſitionibus poſitis forma ſubſtantialis corpuſculi recedit; deinde tertio introducitur anima vegetans, fitque per eam tanquam per formam ſubſtantialem embrio vegetans: quarto & ulterius tendunt virtutes ſeminales & in vegetante Embrione diſpoſitiones ponunt ad ſenſum, Organiſando partes ad ſenſum requiſitas, nempe cor Jecur, pulmonem dices; quarum diſpoſitionem ſequitur; quinto anima ſentiens cum excluſione vegetantis, fitque embrio ſentiens; ſexto adhuc ulterius pergunt virtutes ſeminales totiſque viribus natura contendit ad animam rationalem, diſponendo in ſentiente Embrione Organa excellentiſſima, quorum perfectio virtuti Illius par ſit; ita ut, cum non valeat ad aliquid perfectius, expecte ſuperioris agentis auxilium, nimirum Dei qui animam rationalem ſua omnipotenti virtute creet, infundat, & unia

pe

per quam præcedens anima ſentiens itidem expellitur ; ſicut anima ſuperior inferiorem videatur abſorbere, ut major ignis minorem abſorbet, retinendo tamen illius qualitates & virtutes ; ſi non eaſdem numero ſaltem eaſdem ſpecie, quæ, ſtatim atque expellitur anima ſentiens, a toto emanant ; hac itaq; ex methodo manifeſtum relinquitur unam eſſe tantum animam in uno vivente ſufficientem ad functiones aliarum animarum exercendas.

Objicies, Si admittenda eſt iſta animarum ſucceſſio ante hominem, ſequitur quod ante animal rationale embrio planta erat, & brutum in utero matris.

Reſpondeo, Negando conſequens, quia vegetans & ſentiens abſtrahunt a planta, bruto, & embrione, ita ut non omne vegetans aut ſentiens ſit planta aut Brutum, ſed embrio eſſe poſſit, quando ſcilicet anima vegetans aut ſentiens materiæ inducta, non eſt primario Intenta per naturam ; ſed ut in homine, ſecundario tantum, & in ordine ad animam rationalem quæ a natura primario intenditur.

Verum licet methodus iſta animationis hominis cæteris aliis quæ referruntur, mihi videatur probabilior ; non tamen omni probabilitate caret alia methodus ſecundum quam, ut volunt alii, ſic homo animatur,

tur, ut ſtatim ab initio cum incipit vegetare embrio in utero matris, is animam intellectivam obtineat quamvis muniis ejus non fungatur, niſi cum ad functiones animæ rationalis apte ſunt diſpoſita organa.

Inhærendum tamen primæ methodo mihi videtur, longeque probabilius eſt animam rationalem in embrione recipi, cum corpus ſua habet diſpoſita organa, ſive illud accidat circa, 30. 35. 40. 45. diem reſpectu maris, & 35. 40. 45. 50. diem in fœminæ formatione ut vult *Lævinus Lemnius lib.* De occultis naturæ; ſive illud adveniat ut longiſſime 30. die in maris formatione, & 42. die ut longiſſime reſpectu fœminæ, ut vult Hippocratis *lib.* De natura fœtus; ſive illud contingat ut alii quam plurimi volunt, circa 40. diem ſi ſermo ſit de maris generatione, vel 80. ſi ſermo ſit de fœminæ generatione, cujus corpus tardius ideo diſtinguitur, et diſponitur ſecundum Organa propter minorem calorem ſeminis & virtutem debiliorem formatricem in illo probabiliorem facit noſtram aſſertionem quod legitur in *Lev. cap.* 12. mulieres per quadraginta dies ſe continuiſſe domi ſi marem, & per octoginta dies ſi fœminam peperiſſent; tum præſertim illud quod habetur in decreto 32. queſtione ſecunda capite Moſes, & capite Sicut illud

um homicidam non esse qui abortivum
ulieri procuraverit, donec elementa con-
cta, suas Imagines & membra susci-
t; etenim cum Deus posset (ubi forma-
t hominem ex terra) ipsi Limo informi
imam admiscere; non nisi tamen for-
ato jam corpori animam infudit; scilicet,
ia oportebat primo domum compaginari
sic habitatorem induci.

CAPUT. IV.

Utrum in animali sit alia forma substantialis præter animam.

Dicimus primo, Non esse tot formas sub-
stantiales in animali, quot sunt gradus
entiales diversi; quia plures hujusmo-
gradus in spiritualibus substantiis, ut
ngelis, corporibusque simplicibus ut Cœ-
, reperiuntur: Sed in substantiis spiri-
alibus, ut Angelis nullæ possunt esse for-
æ physicæ, cum sint entia completa; &
adversariis nostris non sunt plures for-
æ substantiales in corporibus simplicibus;
go cum non potior sit ratio cur in anima-
bus multiplicentur formæ substantiales,

ad multiplicationem graduum essentialium dicendum est non esse in uno animali tot formas substantiales, quot in eo sunt gradus essentiales; sed e contra sicut unam animalitatem & esse tantum unam formam quæ ipsa anima. Confirmatur nostra conclusio quia una & eadem forma substantialis, diversis illos gradus essentiales fundare potest, quatenus diversis concipitur modis.

Objicies primo, Idem non potest esse simile & dissimile alteri secundum eandem formam: Atqui si in Uno animali una tantum esset forma, idem esset simile & dissimile alteri secundum eandem formam. Verbi gratia, Petrus esset similis Paulo in natura hominis, & ab eodem dissimilis secundum Petreitatem, ergo in uno animali plures sunt formæ, & speciatim in homine, gradus hominis, & gradus petreitatis, duæ sunt, non una tantum forma.

Respondeo distinguendo majorem; non potest idem esse simile, & dissimile alteri secundum eandem formam metaphysice sumptam, seu secundum aliquem ex variis conceptibus qui de eadem forma haberi possunt; concedo majorem propositionem. Idem non potest esse simile & dissimile alteri secundum eandem formam physice sumptam, quatenus potest intelligi ut fundamentum plurium conceptuum qui sunt

lus metaphysici; nego majorem: una n eademque natura Petri physice spe- a, fundamentum est conceptus hominis cie; & conceptus talis numero hominis, pe Petri: In primo conceptu Petrus lo similis est; in secundo vero talis ho- is, ei dissimilis est Petrus; ex his patet minorem, & consequentiam.

Objicies secundo, Quod convenit homini animal, convenit etiam bruto; sed risi- convenit homini, ut est animal: ergo posito quod risibilis, hominis & ani- lis, sit unica forma, sequitur risibile con- ire bruto, quod absurdum est.

espondeo distinguendo majorem; Quod venit homini ut est animal formaliter præcise, ut est simpliciter animal, con- nit etiam bruto; concedo majorem: Quod nvenit homini ut est animal materialiter, est, ut est hoc & tale animal, convenit am bruto; nego majorem; unde videri test risibile convenire homini non qua imal est simplicitet; sed qua tale animal, ntractum per differentiam dividentem, ni- rum per rationale.

Dico itaque secundo, Consequenter ad æcedentem conclusionem non esse in ho- ne aliquam formam corporeitatis præter imam, primo quia alioqui homo non esset tum per se sed per accidens; secundo

quia ſicut anima rationalis ſua majori p
fectione alias animas abſorbendo, corru
pit ſenſitivam, ita & corrupiſſe cenſe
quicquid adventu ſuo corrupit anima ſe
ſitiva, ſeu immediate ut vegetantem a
mam, ſeu mediate ut ipſam corporeita
formam, quam vegetans anima ſui int
ductione corrupit, ut explicatum eſt
pra. Tertio quia ſi eſſet alia corporeita
forma in homine præter animam, rema
ret ipſa corporeitatis forma, homine m
tuo, quod tamen regulis naturalis gene
tionis omnino repugnat; nam ſecundu
Illas, corruptio unius Corporis viventi
eſt generatio alterius Corporis nempe
daveris; Ita ut quando homo Corrum
tur, debeat generari alia corporeitatis fo
ma, nempe ea cadaveris, aliter unum
idem corpus duabus Corporeitatis form
informaretur, quod abſurdum omnibus
detur: ergo non eſt in homine alia Corp
reitatis forma præter animam.

Confirmatur concluſio ex modo præ
cationis; nam quæ ſumuntur a diver
formis, prædicantur ad invicem; vel p
accidens ſi formæ non ſint ſibi invicem ſ
bordinatæ; vel per ſe, ſi ſint ſibi invice
ordinatæ, qui eſt modus prædicatio
conveniens proprietati, ſubjecti ſui nat
ram neceſſario conſequenti; atqui neq

anim

ma, neque vivens, neque Corpus, præ-
antur per accidens, aut per se de homi-
tanquam illius proprietates; alioqui
no poneretur in definitione, tum ani-
lis, tum viventis, tum Corporis, sicut
jectum poni debet in definitione suæ
prietatis; ergo per eandem animam seu
mam aliquid est Corpus, vivens, animal,
omo, neque est in homine alia corporei-
is forma præter animam rationalem.
Fateor subordinationem animarum esse
babilem, sed nostra probabilior mihi
etur sententia, & rectæ rationi conso-
; nam enti per se non potest convenire
una forma substantialis quæ dat esse
i rei, ut loquuntur Philosophi, cum for-
substantialis sit essentia essentiæ; Ita-
e diversitas graduum in uno subjecto
n importat diversitatem formarum, quod,
ostendatur, notandum est formæ sub-
ntialis & informantis quatuor esse gra-
s, etenim alia est quæ dat esse simpli-
er ut forma Elementi v. g. Ignis & aquæ,
forma Elementaris inanimati v. g. lapi-
aut cujusdam metalli; alia est quæ dat
e & vivere, ut forma Plantæ & Herbarum;
a rursus est quæ dat esse, vivere, & sen-
e, ut animalis bruti, piscium, & avium
ma; alia denique est forma quæ dat esse
ere, sentire, & intelligere, ut forma ho-

minis quæ anima rationalis nuncupat
ista autem anima alios gradus in se co
nens, Metaphysice non Physice ostendit
nam tantum esse in homine formam s
stantialem.

Dicimus ergo tertio; Non sunt in ho
ne plures formæ partiales distinctæ, sed
tantum substantialis, in osse, carne, &
vis diffusa, cum una anima rationalis s
ciat ad omnium istarum partium quam
diffimilium informationem, quemadm
dum sola sufficit ad functiones diversar
animarum obeundas. Hinc Collige pri
carnem & ossa non differre substantialite
animali, sed tantum secundum qualita
& accidentia quædam sibi propria; Sec
do observa carnem & ossa a vivente se
rata non esse amplius carnem & ossa s
maliter & univoce, sed analogice tant
aut æquivoce; eadem prorsus ratione q
cadaver hominis, hominis corpus non est
si æquivoce.

CAPUT V.

Qua in parte sit constituenda sedes Animæ in Corpore.

CErtum est ex antedictis anima m e
actum Corporis, &c. Ideo quæst

solum quomodo illa sedeat in illo, u-
m scilicet in omnes ejus partes Organi-
s diffundatur quas per presentiam suæ
bstantiæ actuet; aut in una tantum, ve-
Rex in urbium suarum aliqua floren-
sima residet, unde aliis virtutem suam
pertiatur; hæc fuit ex Antiquis Philo-
phis multorum opinio, sed de residentiæ
co inter se dissident: nam Plato animam
toto Capite ponebat; Hipocrates in
erebro tantum, Epicurus in pectore; *Phi-*
medes & *Tertullianus* in corde, vel ea in
rte quæ cordis vicem gerit; *Diogenes*
concava cordis arteria, & alii in alia parte
qua in omnes partes transcurreret pro
ecessitate: verum omissis istis opinioni-
us,

Dico primo, Animam esse totam in toto,
totam in qualibet parte animati; primo
uia anima in eo est & ei unitur cui dat esse;
tqui anima non solum dat esse animato,
ed & singulis partibus ejus, ergo anima non
olum est in toto animato & ei unitur, sed
singulis ejus partibus.

Objicies, Anima est actus ejus in quo est:
tqui non potest esse actus singularium par-
ium totius; nam anima est actus corporis
Organici tantum, cujusmodi non sunt singu-
æ partes: non enim bene quis dixerit par-
em quamcunque totius esse corpus Orga-

nicum ; ſed potius eſſe Organum : Ergo ia
nima non poteſt eſſe in ſingulis animati p no
tibus. ot

Reſpondeo ad objectionem negatio er
minoris ; quia anima eſt actus ejus cui e u
ſuum tribuit ſpecificum , anima autem e u
ſpecificum tribuit ſingulis partibus totiu o
quia alioquin eſſet alia forma in partibus e
alia in toto , quod oſtendemus ſtatim e a
impoſſibile : ad id quod affertur in prob ſi
tionem minoris, animam eſſe tantum actu a
corporis Organici , & ſingulas partes n e
eſſe corpora Organica : dicendum eſt a pa
mam eſſe actum tantum corporis Organic u
tanquam primarii perfectibilis ; eo quod ſu
lud perficere primo intendit natura per ri
nimam ; hoc vero non impedit quominus la
nima ſit actus partium corporis Organic n
tanquam perfectibilium ſecundariorum qu e
conferunt ad perfectionem totius prima h
perfectibilis : Etenim anima eſt actus pr r
mus corporis Organici , & ſecundarius ſi
gularium partium, in quantum perficien
totum , ſimul perficit partes in ordine a
totum.

Unde ſecundo probatur concluſio noſtra
quia niſi eſſet anima in omnibus & ſingul
partibus animati , deberet in uno eoden
que duplex eſſe forma ſubſtantialis , un
ſcilicet per quam quæ ſentiunt ſentirent, &
al

ia per quam quæ vegetant vegetarent, nod dici non potest; quia inde sequeretur otum compositum animatum non esse ens er se, sed per accidens; siquidem notissium est illud solum esse ens per se, quod uus est tantum naturæ seu speciei: & compositum per accidens esse illud quod diversas in suis partibus habet formas substantiales, quemadmodum dicimus domum non esse ens per se, sed per accidens; eo quod non habet unam tantum formam substantialem, sed multas & longe diversas secundum suas partes quæ sunt diversæ omnino naturæ; unde etiam forma domus non confert esse substantiale & specificum omnibus suis partibus: nam lapis qui est pars domus, non est lapis per formam domus, nec similiter lignum est lignum per formam domus: sed entis per se, ut animalis, quæcunque pars, habet esse substantiale & specificum per formam totius, sic os est os, & caro est caro per formam totius animalis.

Probatur tertio esse unam tantum animam in toto & singulis animati partibus; quia alioquin posset una recedere anima non recidente altera; atque adeo manere effectus unius animæ, dempto alterius animæ effectu; quod tamen experientiæ repugnat, cum videamus recedente anima rationali ab homine, non solum perire hominem,

sed

sed & animal, nec solum perire animal se simul perire vivens: sicut recedente anim sentiente bruti nunquam remanet anima ve getans in superstite trunco, ut postmodu vegetet, quamvis amplius non sentiat.

Dicimus secundo, Anima rationalis sicut animalium perfectorum animæ sunt totæ se cundum totalitatem substantiæ in omnibu & singulis corporis partibus, sed non secun dum totalitatem suæ potentiæ in singuli partibus; nam experimur animam rationa lem & animalium animas non exequi indif ferenter omnes suas actiones per omnes par tes divisim sumptas; ut visionem per manus auditionem per oculos; & olfactionem pe pedes; sed visionem per oculum; auditi onem per aures; & olfactionem per nares. Unde,

Dico tertio, Plantarum anima vegetans, & sentiens animalium imperfectorum ut annullosorum, & aliorum; totæ quidem sunt secundum substantiam in omnibus & singulis partibus, sed non totæ secundum totalitatem quantitatis, quæ ipsis convenit per accidens; quatenus divisione quantitatis cui pro sua imperfectione coextenduntur, dividuntur; etenim ratione suæ imperfectionis materiam habent fere similem in toto & in parte: atque ita habent indifferentem fere habitudinem ad totum quantitativum

vum & ad ejus partes, unde earum divisione facta in ipsis perseverant sæpissime; præterea istæ animæ non manent secundum totalitatem potentiæ seu totam virtutem in singulis partibus totius; arbor enim non agit per ramos quod agit per radices.

Sed forsan dicet aliquis, *Aristoteles lib. De motu Animalium*, dicit, Animam esse in corpore quomodo Rex est in civitate: atqui Rex non est secundum substantiam in omnibus partibus civitatis; ergo nec est anima in omnibus corporis partibus. Respondeo, comparationem *Aristotelis* sic esse intelligendam, ut sensus sit, quod sicut Rex est secundum justitiam & imperium in omnibus civitatis, id est, regni partibus; ita anima est in corpore secundum virtutem motivam, vel secundum alias potentias quas unicuique parti, has aut illas pro cujusque conditione disperfit; ex quo nihil contra nos concludi debet.

Objicies secundo, Si anima rationalis est tota in omnibus & singulis corporis partibus, potentiæ quæ animam independenter a corpore sequuntur, ut intellectus & voluntas, erunt in singulis hominis partibus, & sic in pede, manibus, & aliis partibus, quod absurdum videtur.

Respondeo, Intellectum & voluntatem non minus esse in pede & manibus quam in capite,

capite, cum caput, ſicut nec pes, aut alia pars corporea non ſit ſubjectum, niſi remotum tantum & mediatum talium facultatum: nam ſubjectum immediatum earumdem eſt ipſa rationalis anima: nihilominus dicuntur tales facultates eſſe in capite & corde, ſpeciali quadam ratione; ſcilicet, quia his in partibus multæ ſunt diſpoſitiones ad executionem actuum iſtarum facultatum requiſitæ, quæ in aliis corporis partibus non inveniuntur.

CAPUT. VI.

Quæ partes in homine ſint animatæ, quæ vivant, & quæ non vivant.

QUæ in ſolutione hujus dubii dicemus de homine, ſervata proportione debent Intelligi dicta de quibuſcunq; viventibus; hoc notato, Dico primo, Illæ ſolum partes in homine ſunt animatæ & vivunt quæ per unam eandemque numero quantitatem continuantur; quantitas enim diſcreta vel plures partes quantitatis ab invicem ſejunctæ duo aut plura ſubjecta diſtinguunt; ſed ad majorem explicationem.

Nota

Notâ quod in homine ſunt partes multiplicis generis; aliæ ſunt ſecundum ſe totas ejuſdemque rationis unde homogeneæ, ſeu ſimilares vocantur: tales ſunt caro, oſſa, & nervi; aliæ dicuntur diſſimilares quæ in ſe conſtant multis minoribus partibus diverſis; ut pes, brachium, & manus: aliæ rurſus ſunt partes quæ ſuo proprio nomine humores nuncupantur, nempe ſanguis, pituita, colera, ſeu flava bilis, & melancholia: ad has partes accedunt ſpiritus vitales qui operationibus inſerviunt; deinde ſunt excrementa vel nociva, ſi retineantur, ut urina; vel non nociva ſeu utilia, ut ſemen; quædam etiam ex excrementis ſunt genitæ partes, ut ex humoribus ungues & capilli. Ex quibus omnibus alia partes proprie appellantur, alia non niſi improprie vocantur, ſiquidem nec humores, nec excrementa ſaltem nociva, ſunt animalis partes. De his igitur ſigillatim dicendum eſt, & primo,

Dicimus ſecundo, Partes proprie dictæ tam ſimilares quam diſſimilares, ſunt omnes animatæ, tum quia ſunt omnes continuæ, tum quia vivunt & quidem per intus ſuſceptionem, ut apparet ex eo quod ſecundum omnes ſuas partes creſcunt, & patebit conſideranti.

Dico tertio, Sanguis non eſt animatus, ſicut

ſicut nec vere pars hominis: quod autem de ſanguine dicitur, de tribus aliis humoribus proportionaliter dicendum eſt: probatur Concluſio primo, quia ſanguis non eſt corpori continuus, ſed per venas Irriguus. Secundo, quia proximum eſt animalis alimentum ex medicis; nullum autem alimentum proximum vivens eſt cum debeat propriam deponere formam & mutari in ſubſtantiam viventis quod alitur.

Dicimus quarto, Conſequenter ad præcedentem concluſionem, Spiritus vitales non eſſe animatos, quia non differunt ſubſtantialiter a ſanguine, ſed Illius ſunt pars puriſſima & tenuiſſima; Cum ergo ſanguis non vivat, nec Spiritus vivunt: Cæterum ſpiritus in ſanguine eſt corpus tenue aeri perſimile quod per totum animatum diffunditur, Emanatque ex tribus quaſi fontibus; nam ſpiritus vitalis in ſiniſtra parte cordis conficitur, & per arterias in totum corpus ad caloris naturalis conſervationem mittitur: Spiritus animalis in cerebro conficitur, & per nervos ad operationes per ſenſus exercendas diſpenſatur: Spiritus naturalis denique in jecore conficitur, & per venas ad animæ quaſcunque alias functiones defertur.

Dico quinto, cum quibuſdam Philoſophis, capillos & ungues animatos eſſe & vivere;

vere ; & quidem animatos esse et vivere
ima rationali quæ unica est in corpore
imato quod informat : Multis quidem
gumentis veritas assertionis nostræ patet,
imo quia in capillis & unguibus operatio
talis, nutritionis & augmentationis re-
ritur, & per consequens anima, quæ
lium operationum principium est, ani-
antur ; secundo quia deprehendunt me-
ci uniri ungues per fibras nervosque
nues illis in partibus in quibus hærent ;
deoque Illos esse partibus Istis eisque
cdiantibus toti composito non contiguos
lum, sed continuos ; tertio medici etiam
dvertunt venulis quibusdam ad capillos
imentum deferri, eoque alimento nu-
iri per intus susceptionem ; ex quo non
bscure colligitur tum ungues tum capillos
sse animatos, quia quod toti composito
ontinuum & unitum est, pars necessario
st ; pars autem totius necessario eadem
orma & eadem anima qua totum activatur,
nimatur ; *Thomas Aquin.* illud confirmat
n 4. distinctione 44. articulo secundo ad
ertium ; Capilli, inquit, et ungues nutri-
ntur & augentur ; quod esse non posset,
isi partes essent aliquomodo ab anima
perfectæ : Ergo cum in homine unica sit
nima, sequitur eos animari & perfici ab
nima rationali, quamvis non usque ad hoc

quod

operationem ſenſus participent; ſicut qu
nec oſſa.

Objicies primo, Illud quod auget
tantum ſecundum aliquas ſui partes, n
ſecundum omnes, non eſt vivens; na
inquit Philoſophus de anima textu 14. au
mentum viventis fit ſecundum omnes part
et differentias; atqui capilli & ungues n
augentur ſecundum omnes ſui partes & di
ferentias; imo augentur tantum ſecundu
longitudinem, ergo non ſunt partes vivent
et animatæ.

Reſpondeo, Diſtinguendo majorem pr
poſitionem; Illud quod non augetur ſe
cundum omnes ſui partes, non eſt viven
Si illud quod dicitur augeri eſt totu
compoſitum, concedo majorem, ſi eſt pa
compoſiti tantum nego majorem: Eteni
non eſt de ratione partium, ut augeantu
ſecundum omnes partes et differentias
cum ſunt partes ipſæ, ſed tantum ſecun
dum exigentiam. Conceſſa igitur minor
propoſitione, neganda eſt conſequentia
Et ſic Philoſophum explicat *Thomas Lib.* 2
De anima, Lectione 3. Simpliciter tame
negari poteſt ungues et capillos non auger
ſecundum omnes ſui partes, præſertim
cum apertum ſit barbam, pilos, crines, &
ungues Leviores eſſe & tenuiores in ado-
leſcentibus quam in viris & ſenibus: Non
eſt tamen augmentum multum notabile;
quia

a cum Ista sint ad ornatum, si secundum
nem partem nobiliter augerentur, ver-
entur in dedecus & deformitatem cor-
is.

Objicies secundo, Quod nutritur tantum
ugetur expulsione excrementorum, non
vivens, aut pars viventis, sed excre-
ntum tantum: atqui ungues et capilli
rementorum, et humorum fæcis expul-
e augentur & nutriuntur tantum: ergo
sunt partes viventis.

Respondeo, Distinguendo majorem,
od augetur tantum excrementorum ex-
lsione, vel clarius, quod augetur excre-
ntis simpliciter dictis, non est vivens;
ncedo: quod augetur excrementis se-
ndum quid & latiori modo dictis; *i. e.* per
mparationem ad alimentum magis defæ-
um, non est vivens; nego majorem:
de ad minorem dicendum, ungues &
illos excrementis sanguinis, Id est,
ssioribus sanguinis partibus augeri & nu-
ri, non autem puris excrementis. Ne-
nda igitur est consequentia: Ita enim
spondet *Aquinas* eidem objectioni: di-
ndum enim est, inquit, quod illæ super-
itates quas sibi natura retinet ad genera-
nem unguium & capellorum quibus in-
get ad membrorum conservationem, per-
nent ad perfectionem corporis humani;

ex quibus concludit eos esse animato
partes viventis.

Objicies tertio, Quod non augetur
intus susceptionem & operationem vitale
non vivit: atqui capilli & ungues
crescunt per intus susceptionem & ope
tionem vitalem, cum pendulis in patibu
vel aliis aliter mortuis crescant; Ergo
sunt animati.

Respondeo, Concessa majore, negan
minorem, ad probationem ejus dico
temperatum; nam si calidius quam par est, humidum radicale breve consumeret; si fluidius e contra & humidum vix posset corpori agglutinari & consistentiam acquirere. Habenda quoq; est ratio quantitatis etenim nec in multo majori, nec multo minori quantitate sumi debet; siquidem copiosius alimentum cruditates, indigestionesve causat, nec non nativum calorem opprimit; si tenuius, partes corporis calore naturali marcescentes sufficienter reficere nequit, unde languescit vivens, corrugatur membrana ventriculi, & in rugis ejus noxii ingenerantur humores qui difficulter tantum removeri possunt: & proinde tenuius longe quam par sit alimentum, gravissimorum morborum origo est.

Ex his præmissis conclusionibus diversi alimentum definiri potest, corpus mixtum calidum & humidum, proportionem habens cum viventis substantia in quam vitali virtute est convertendum.

CAPUT VII.

De Nutritione, quid sit, & quo modo fiat.

NUtritio essentialiter est conversio alimenti in viventis aliti substantiam, positio

positio ista probatione non indigit, sed tantum explicatione,

Nota igitur primo ad plenamilius significationem, nutritionem esse duplicem, alia dicitur vitalis, alia non sed metaphorica: nutritio non vitalis est per juxta positionem qua additur rei existenti de alimento etiam metaphorico, non ad intra, sed ad extra & in superficie; hoc genere nutritionis dicimus ignem nutriri ligno cui apponitur; nam ex ligno igni addito major excitatur ignis non secundum omnes suas partes sed tantum secundum illas in quibus ejusdem ignis & ligni fit contactus.

Nota secundo, nutritionem vitalem iterum esse duplicem, seu potius dupliciter sumi, proprie nempe seu stricte, & improprie seu late; nutritio proprie dicta illa est quæ tum exercetur cum alimentum immediatum actu & de facto convertitur in substantiam viventis per intus susceptionem, quatenus alimentum saltem secundum suam materiam viventi existenti additur secundum omnes suas partes, vivente ipso sic alimentum per suam vitalem virtutem distribuente: nutritio vero improprie seu late dicta sumitur pro dispositionibus & alterationibus præviis ad alimenti conversionem.

Nota tertio illam conversionem quæ nutritio

tritio proprie dicitur, includere in ſua formali ratione tranſitum ab una ſubſtantia in aliam, manente re aliqua communi, nimirum materia & quantitate, manentibus etiam aliis qualitatibus ſaltem iiſdem in ſpecie; unde hæc converſio & generatio phyſica dici poteſt; nam in eo ſolum diſtinguuntur, quod generatio eſt ad formam ſubſtantialem nondum exiſtentem; converſio vero hæc ſeu nutritio eſt ad præexiſtentem, & propterea a quibuſdam dicitur aggeneratio, agglutinatio, & aſſimilatio; ſed optime omnium aggeneratio, quatenus per iſtam converſionem materia alimenti formæ ſubſtantiali viventis jam exiſtenti ſubjicitur; quia hæc quaſi ſe extendit forma ad eam materiam informandam, ſi ſit forma ineducibilis ex materiæ potentia, vel ſi ſit educibilis (qualis eſt in quolibet vivente, homine excepto) partes materiæ ſub forma ſubſtantiali additæ, tranſeunt in totum præcedens, & fiunt unum ſubſtantialiter cum illo.

Dico itaque nutritionem hoc fieri modo; primo alimentum ore exceptum, & ſi durius fuerit dentibus comminutum, per œſophagum in ventriculi fundum demittitur ubi non fluitare debet, aut natare; nam inde morbi multi originem ducunt; ibidem decoquitur beneficio caloris ipſius ventriculi

triculi quem ſtomachum vocant quamvis minus proprie; calori ventriculi ſuccurrit calor partium circumſtantium, cordis, hepatis, & aliarum; hac coctione fit omnium ciborum generis quantumvis diverſi, una veluti ſubſtantia æquabilis, pulti perſimilis quæ tandem ipſa concoctione prima convertitur in chylum, id eſt, in ſubſtantiam quamdam mixtam quæ lactei cremoris ſpeciem refert. Excrementum iſtius coctionis, ſtercus eſt aliaque fæculenta materia; nam ſecundo poſt illam primam concoctionem in ventriculo perfectam, aperitur inferius ventriculi orificium quod pylorus dicitur, per quod chylus in inteſtina labitur, ubi pars inutilis & fæculenta foras per ſentinam expellenda relinquitur; pars autem utilis a jecore per venas meſenterii attrahitur, & ab eiſdem venis per majorem venam in qua deſinunt, quæque porta dicitur chylus, perducitur ad jecur, ubi per ſecundam coctionem in ſanguinem tranſmutatur, excrementum hujus concoctionis urina eſt. Tertio ſanguis a jecore per venam cavam ad omnes corporis partes transfunditur miniſterio venarum quæ capillares dicuntur, quod tenuitate ſua capillis ſint ſimiles, quæque a cava vena hinc inde pullulant, ut rami ab arboris trunco, ita ut ſubtiliores ſanguinis partes

ſuperius,

superius, crassiores inferius devehantur, & tandem illi in partibus corporis viventis fit tertia concoctio quæ similaris dicitur, quia per eam sanguis seu alimentum fit viventi simillimum, tandemque ipsum vivens: Ultimæ hujus coctionis quasi excrementa sunt pili & ungues, dico quasi excrementa, quia proprie excrementa non sunt sed viventis partes, ut supra diximus, cum crassiori saguinis parte nutriantur.

CAPUT III.

Facultate nutritiva & ejus Subministris.

FAcultatem nutritivam dicimus esse animæ vegetantis potentiam, convertentem alimentum in substantiam viventis propter illius conservationem. Dicitur convertens alimentum in substantiam viventis ut distinguatur ab augmentativa facultate, quæ præcise alimenti substantiam non convertit in substantiam viventis, sed tum alimenti conversi quantitatem additam quantitati viventis, tum quantitatem præexistentem viventis in majores dimensiones extendit. Additur propter illius conser-

vationem, ad discrimen potentiæ generativæ, quæ non bonum proprium individui viventis cujus est potentia & conservationem, sed speciei bonum commune spectat.

Dico secundo, Nutritivæ facultatis communiter aliæ sunt quatuor facultates subministræ, attrahens seu attractrix, expellens seu expultrix, retinens seu retentrix, & concocquens seu concoctrix.

Probatur prima pars conclusionis, quia experimur alimentum ad singulas corporis partes, etiam superiores pervenire; atqui illud cum natura sua grave sit, ascendere per se non potest, nec etiam ad eas partes superiores violentia quadam pellitur, alioquin inutilia simul & utilia illuc pellerentur: Ergo admittenda est illis in partibus superioribus virtus aliqua specialis alimentum ad se attrahendi, illa autem virtus est quæ nomine attractricis significatur. Quod autem de superioribus partibus dicitur, de his quoque partibus quæ sunt a latere, & aliis quibuscunque est intelligendum.

Jam explicata attractio alimenti tribus fit modis; nam primo aliquando attrahitur alimentum calore partis, unde medici nonnunquam remedia calida præscribunt pro partibus corporis marcescentibus; v. g.

frixiones

frixiones quibus calor naturalis partium confortatur, & deinde a partibus alimentum facilius pertrahitur: secundo similitudine, seu sympathia, siquidem experimur multa alimenta quadam virtute occulta ab una parte potius trahi quam ab alia, cujus aliam rationem assignare non valemus quam sympathiam alimenti cum parte attrahente; sic cerebrum trahit ad se pituitosum sanguinem, & pulmo, bilioſum; eademque virtute jecur chylum ad se vocat: Tertio metu vacui fit attractio; quemadmodum enim in rerum natura, seu magno mundo ad vitandum vacuum, quæ deorsum sunt, ascendunt sursum; vel e contra, & quibuscunque modis aliter moventur quæcunque corpora, seu gravia sint, seu levia; sic & in microcosmo, seu parvo mundo, id est, in homine sanguis a pedibus ad caput, vel a capite ad pedes motu recto, vel a quibuscunque partibus ad quasvis partes motu transverso eadem de causa devolvitur.

Probatur secunda pars conclusionis, quia cum omnis nutritio sit cum alteratione & ex consequenti successive fiat; ne alimentum attractum effluerit ante perfectam nutritionem, concedenda fuit animæ facultas retinendi attractum alimentum, ut ex eo sufficienter præparato vivens nutriri

posset; et hæc facultas retentrix nuncupatur: Hoc tamen loco notandum est, quod quædam ex partibus retinent simpliciter per seipsas, id est, per virtutem naturaliter sibi insitam; ut de cerebro, spinæ, medulla, & aliis ferunt: quædam vero non retinent ex seipsis, sed quibusdam utuntur instrumentis ad retinendum, v. g. Fibris, aut aliis hujusmodi; sic ventriculus cibos ingestos retinet, vena sanguinem, & uterus Maternus attractum semen.

Tertia pars nostræ conclusionis probatur; quia cum alimentum in principio fuerit dissimile, & in fine viventi assimilari debeat, necesse fuit aliam viventi concedi virtutem, nempe concoctricem per quam vivens caloris naturalis beneficio alimentum cocqueret, & coctum sibi assimilaret; sicut autem tres fiunt mutationes alimenti indigesti antequam convertatur in substantiam viventis; ita & tres sunt coctiones, nam coctio nihil aliud est quam actio per quam mutatio cibi in vivente fit: prima concoctio fit in ventriculo, ubi fit mutatio cibi in chylum; Secunda fit in jecore, ubi est chyli mutatio in sanguinem; tertia denique coctio fit in singulis viventis partibus, ubi est mutatio sanguinis in viventis substantiam.

Probatur quarta seu ultima pars conclusionis,

sionis, quia cum ab initio alimentum sit dissimile viventi, debeatque ei assimilari ad nutritionem perficiendam, sicut statim ante dictum est; ut ad perfectam assimilationem alimentum perduceretur, non modo viventi necessaria fuit concoctrix facultas per quam primo & per se assimilaret; verum præterea addenda fuit expultrix facultas per quam mediante calore homogenea ab heterogeneis segregaret servatis necessariis, expulsis vero excrementis & inutilibus; expultrice ergo virtute per intestina fæces aliique humores foras ejiciuntur; eademque virtute urina in distans mittitur, & partus ex utero materno funditur. Nec tantum ista facultas expellendis inservit quæ nociva sunt, sed per illam quoque ventriculus chylum in intestina deponit, & hepar sanguinem ad alias partes transmittit; unde facultati attrahenti opitulatur.

CAPUT IV.

De Fame & Siti.

NOta ad conclusionem duplicem esse famem & duplicem sitim; alia animalis dicitur, alia naturalis. Naturalis fa-

mes & sitis est langor adveniens partibus viventis ex defectu alimenti, convenitque omni viventi, tum plantæ tum animali; animalis vero fames & sitis animalibus propria, est dolor quidam qui sentitur in ventriculo quo potum, cibumque expetant. Hæc tamen inter utramque ponenda est distinctio; Quod naturalis fames & sitis sit appetitus alimenti propter ipsius alimenti substantiam; animalis vero sit ejusdem alimenti appetitus propter illius qualitates. Hoc posito,

Dico pro conclusione, Famem naturalem esse appetitum alimenti sicci qua alimentum est, naturalem vero sitim appetitum esse alimenti humidi, qua etiam alimentum est: Quæ fames & sitis & si conveniat animali magis proprie tamen viventi simpliciter competit: Unde,

Dicimus; Fames animalis est appetitus calidi & sicci qua calidum & siccum est; sitis e contra appetitus frigidi & humidi, qua frigidum & humidum est.

Nota tamen primo, Ubi fames dicitur appetitus sicci, non esse sensum quod cibus abundet siccitate, sed ideo famem dici appetitum sicci, quia cibus consistens esse debet; omnisque consistentia supponit siccitatem. Dicitur etiam cibus siccus comparate ad potum qui fluidus esse debet;

et; nota secundo, ex cibo & potu alimentum adæquate componi, in quo pro-nde temperies quatuor qualitatum repe-itur; quod si alimentum fuerit siccum magis quam decet, sitim excitat in ventri-culo, movetque appetitum ad potum.

Alio modo ex effectibus fames & sitis animalis definiri possunt, scilicet, fames dolor stomachi, seu ventriculi causatus ex ejus divulsione seu corrugatione, qua vehementer cibum anhelat; sitis autem dolor causatus in ipsomet ventriculo propter anhelitum potus.

Ista autem incommoda famem & sitim sequi solent, nempe, membrorum exinanitio, tractus & anhelitus partium, divulsio stomachi, ejusdem corrugatio; dolor ex divulsione, dolor in appetitu sensitivo optante alimentum externum, ut sibi, & toti viventi consulat; iste enim actus appetitus sensitivi sæpe numero fames, sitisque nuncupatur. Et hæc de nutritiva facultate.

Disputatio III.

De Facultate augmentativa.

Hac in disputatione exponendo quid sit augmentatio, naturam ipsius facultatis notam faciemus, tum ea ad ipsam viventis augmentationem spectantia discutiemus. Sit itaque.

CAPUT I.

De Augmentatione & natura augmentativæ facultatis.

ARistoteles quinto Physic. docet alimentum esse objectum faculiatis nutritivæ & augmentativæ sub diversa ratione consideratum: Nempe esse objectum nutritionis quatenus substantia est & corpus, idem vero esse objectum augmentationis, quantenus est quantum. Hoc ita posito.

Dicimus primo, Augmentatio est actio auctricis facultatis circa alimentum, ut quantum. Sed nota primo, augmentationem in genere sumptam, duplicem esse.

Alia

Alia est quæ fit cum additamento, quando unum corpus alteri adjungitur, ut aqua aquæ, unde fit majus quantum : Alia sine additamento fit, per simplicem rarefactionem, adeo ut nova quantitas non addatur corpori, quod dicitur crevisse; cum crevisse tantum dicitur, quando post rarefactionem in se, majorem occupat locum; sic aqua fervens major dicitur seipsa frigida.

Notandum est secundo, augmentationem primo modo sumptam, duobus adhuc modis fieri posse; primo, mutatione alicujus substantiæ, ut, quando lignum convertitur in ignem, ex quo ignis idem fit major : Secundo, sine ulla mutatione, ut quando aqua aquæ additur, unde fit major aqua : Quæ autem fit cum mutatione augmentatio, vel fit per intus susceptionem & per omnes partes, solisque viventibus convenit; vel fit per juxta positionem, & secundum unam vel aliquas partes tantum, quomodo crescit ignis ex additione ligni, convenitque rebus inanimatis.

Nota tertio, has mutationes in augmentatione per intus susceptionem (de qua sola hic ex professo) contingere; primo, alimenti alterationem; secundo, ejusdem corruptionem; tertio, generationem partialem viventis seu aggenerationem; quarto

to acquisitionem & extensionem quantitatis ejusdem alimenti in viventis substantiam conversi, his notatis ad explicationem primæ conclusionis nostræ.

Dico secundo, Augmentationem viventis non consistere formaliter in duabus primis mutationibus dictis ultimo notabili: Siquidem alteratio est ad qualitatem; augmentatio vero ad quantitatem: Corruptio est ad non esse; augmentatio vero ad majus esse.

Dicimus tertio, Neque ipsa aggeneratio in qua consistit nutritio, est formaliter augmentatio; quamuis hæc sine illa nullatenus fieri queat; prima pars conclusionis probatur, quia ad substantiam non datur motus proprie dictus sed mutatio; atqui ut patet augmentatio est motus proprie dictus: Ergo non est ad substantiam, sicut aggeneratio quæ est quædam generatio. Favet philosophus qui docet nutritionem respicere alimentum ut corpus; augmentationem vero alimentum respicere ut quantum: Secunda pars conclusionis patet; nam quantitas sequitur substantiam, & perficitur solum augmentatio in vivente ex consequentia nutritionis & aggenerationis, seu conversionis alimenti in viventis substantiam. Unde,

Dico quarto, Augmentationem formaliter

er consistere in acquisitione majoris quan-
titatis; tunc enim solum vivens censetur
reviſſe, cum corpulentius factum est
quam ante esset: Istud autem fit per ac-
quisitionem majoris quantitatis.

Exhis autem conclusionibus colligitur
rimo, Quod augmentatio secundum suam
aturam est acquisitio majoris quantitatis
n vivente facta per potientiam auctricem,
onsequenter ad aggenerationem novæ
ubstantiæ per facultatem nutritivam,
t vivens quantitatem sibi debitam ad su-
s operationes rite exercendas, acquirat:
Colligitur secundo, Quod potentia augmen-
ativa bene definiri potest, facultas per
quam vivens secundum omnes suas par-
es, in longum, latum, & profundum cre-
cit, seu in se extenditur, servata eadem
pecie & continuitate, consequenter ad
dditamentum quantitatis alterius mate-
iæ, scilic et alimenti conversi factum.

Ista definitione excluduntur tres aug-
mentationis modi improprii, quorum primus
st per additionem, quæ fit non extenden-
do omnes partes, sed extendendo totum,
ecundum aliquam partem, quomodo cre-
cit acervus lapidum per alios lapides ad-
ditos; secundus per rarefactionem; nam
rarefactione corpus non extenditur in se,
ed solum in ordine ad locum: hoc modo

dicunt

dicunt philoſophi, unam partem aquæ ex tendi poſſe rarefactione utque ad decem aeris partes, & aquam ebullitione ſeipſa frigida fieri majorem; tertius, per repleſſionem ſecundum quem modum (quamvis valdé improprie) dicimus, nonnunquam hydropici ventrem pravis humoribus tumentem creviſſe.

CAPUT II.

Quo tempore fiat augmentatio & quomodo.

PRimæ partis hujus queſtionis duplex eſt medium; primum, an toto vitæ tempore fiat augmentatio in vivente per quam illud creſcat? ſecundum, an continuo creſcat vivens utque ad ſtatum perfectæ conſiſtentiæ? pro ſolutione dubii primi, dicimus primo; non fieri augmentationem toto vitæ tempore: conſtat enim experientia, hominem non multo poſt annum 25. amplius creſcere; ſed e contra manere in eodem magnitudinis ſtatu, quem conſiſtentiæ ſtatum vocant: Pro ſolutione dubii ſecundi, dico ſecundo; neque augmentatio fit continuo, id eſt, ſine intermiſſione a primis annis ad conſiſtentiæ ſtatum; tum

defectu

efectu caloris naturalis, tum propter alimenti proximi inopiam, ſæpe numero contingentem ex diverſis morbis etiam latentibus; vel alio caſu.

Quod ad ſolutionem ſecundæ partis propoſitæ queſtionis: Dicimus tertio, vivens ſic creſcere, ut nulla ſit illius pars nobis perceptibilis, & formalis, id eſt, habens ſitum & figuram, cujuſmodi ſunt manus & digiti, quæ non augeatur: Augmentatio enim ſequitur nutritionem & calorem naturalem, quibuſcum per omnes corporis partes cenſetur propagari. Dicitur in concluſione pars formalis & perceptibilis, tum quia ſine dimentionum penetratione fieri non poſſet, ut quantitas nova in quacunque materiali minutiſſima, & non perceptibili parte viventis ſuſciperetur; etenim ſuſcipitur alimentum, & ex conſequenti quantitas additur partibus corporis per poros; in minutiſſimis autem partibus non ſunt pori; tum quia ſi ſingulæ partes materialiter ſumptæ, id eſt, quatenus abſtrahunt a ſitu, figura, & virtute, ſingulis augmentis augerentur, vivens fieret duplo majus ſingulis augmentis, quod eſt contra experientiam. Cæterum adverte omnes iſtas partes perceptibiles ſimul creſcere hoc modo, ut majores magis, & minores minus, ſervata ſemper proportione inter ſe debita, augeantur.

CAPUT

CAPUT III.

Utrum idem numero vivens maneat per totum vitæ ſpatium

AD ſolutionem dubii notandum eſt aliquid dici, remanere unum tribus modis, primo ſecundum ſe totum, hoc modo cœlum ſemper remanſit unum nihil perdendo, nihilque accipiendo novæ entitatis a primo ſuæ creationis inſtanti; ſecundo ſecundum magis præcipuam ſui partem; ſic homo, quamvis mutaretur omnino ſecundum corpus, cenſeretur idem numero ſemper manere, propter manentem animam in ſe incorruptilem: tertio per æquivalentiam, ita ut in toto deperdantur quidem aliquæ partes, ſed quibus aliæ ſuccedunt æquivalentes; ſic fluvii aqua ſemper dicitur eadem, licet illius partes continuo fluant, quia aliæ partes in fluentium locum ſuccedunt. His prænotatis.

Dicimus primo vivens manere idem numero toto vitæ ſpatio ante & poſt augmentationem. Conſtanter illud aſſerunt omnes, diffident enim tantum in aſſignando modo

odo quo possit idem numero conserva-
; & ratio dissidii est quod, ut alii no-
nt, non potest conservari vivens idem
umero toto vitæ suæ tempore, nisi in illo
onservetur eadem numero forma, & ea-
em numero materia; cum tamen in nullo
vente, nequidem in ipso homine, ut ip-
videtur, maneat semper eadem numero
ateria, sed fluat, & refluat, id est, calo-
naturali absumatur & reficiatur alimen-
o secundum partes, ita ut futurum sit
liquando nullam supereſſe prioris mate-
iæ partem, si ad multos annos homo vix-
rit: in aliis autem viventibus, ut alii te-
ent, non solum materia fluat, verum e-
iam cum materia forma; eo quod forma
aterialis ut pote ex materia educta sic ab
la dependet, ut omnino sit naturaliter
nseparabilis, nec tamen cogitandum sit
ateriam viventium ita fluere secundum
mnes partes suas sigillatim, ut forma ea-
em numero integra manens a fluenti ma-
eria transeat ad aliam materiæ partem
utritione additam quam informet; alio-
uin daretur transitus formarum de sub-
ecto in subjectum & sequeretur ulterius
uod ad absciſſionem partis viventis, in
eliquis corporis partibus anima coarctare-
ur & veluti duplicaretur; præterea per
e ipsam anima moveretur, quod tamen

videtur

videtur inconveniens omnibus philosophi qui communiter docent animam non esse mobilem per se, sed tantum per accidens seu ad motum corporis.

Jam apparet propositam questionem gravissimis utrinque urgeri difficultatibus; quia si dicamus quod vivens manet semper idem numero ante & post augmentationem, eo quod eadem semper manet forma in fluente & refluente materia in reparationem, habemus solvendas duas insolubiles difficultates; jam circa transitum formæ de subjecto in subjectum; secundam circa motum animæ per seipsam; si e contra vivens dicamus idem manere numero, quamvis fluat per partes forma, & refluat, id est, absumatur, simulque cum materia reparetur, videmur nihil dicere aliud quam vivens manere non proprie idem numero, sed idem tantum secundum speciem, vel ad summum secundum æquivalentiam; quemadmodum navis diceretur eadem cujus successive & per longum tempus trabes omnes, & tabulæ ad unam usque essent immutatæ: Vel aqua lagenæ continuo guttatim una ex parte fluens diceretur eadem, si alia ex parte guttatim in eandem lagenam aqua altera funderetur; hoc tamen repugnat communi hominum estimationi, qui sibi persuadent

ſuadent vivens non ſolum manere idem toto vitæ tempore ſecundum æquivalentiam; tum etiam experientiæ, ex qua habemus animalia in memoria ad mortem uſque conſervare multarum rerum ſpecies impreſſas, quod communiter apparet in canibus qui poſt diuturnam dominorum ſuorum abſentiam, eorum ſic bene recordantur, ut ipſi irrationales rationalibus creaturis poſſint iſtud ſignificare, & inſolitis motibus, & circumſaltationibus teſtari; quod tamen non contingeret, niſi eadem numero anima ſervata maneret; & ulterius non ſolum per æquivalentiam eadem; quia nihil aliud præſtare poteſt æquivalentia, niſi ut animal rem eandem addiſcere, aut eandem impreſſionem recipere aptum ſit; non autem ut eandem actu retineat, ſicut navis in qua quidem ſunt impreſſi caracteres, manebit quidem eadem ſecundum ſpeciem & æquivalentiam, ſi poſt aliquod tempus veteres tollantur & reſtituantur novæ tabulæ: nec tamen eoſdem numero retinebit caracteres, ſed tantum apta erit cui ſimiles imprimantur. Graves itaque etiam ſequuntur poſteriorem hanc expoſitionem difficultatis; nihilominus ei tanquam probabiliori adhæremus, ſuſcipimuſque eam concluſionibus quibuſdam magis declarandam, adjecta

ad illas objectionum solutione.

Dico igitur secundo, Vivens manere iden numero toto vitæ suæ tempore; non pri mo quidem modo, dicto notabili præpo sito ad quæsitum, quia hoc modo eaden numero manere possunt sola incorruptibi lia, de quibus non loquimur; neque eti am secundo modo tantum, quia in viven te præcipua pars, scilicet anima mane invariabilis; nam licet concedamus istu de anima rationali, illud tamen negamu de quacunque alia anima quam profite mur esse corruptibilem & generabilem sicut fluentibus partibus materiæ viventis maxime vegetantis, & animalis imperfecti simul etiam fluant partes animæ ejus, ad venientibusque partibus materiæ per nu tritionem, partes quoque adveniant præ existenti formæ, quia vivens augetur ali menti conversione per generationem in car nem, quæ addita carni præexistenti, illam auget; generatio autem terminatur a movam formam animantem, si id quod augetur sit vivens; dico itaque vivens ma nere idem numero toto vitæ suæ tempore tertio modo, id est, secundum æquivalen tiam, in quantum si vivens, aliquarum partium quarum detractione minuitur, jacturam faciat, alias ejusdem rationi quibus augetur, recipit.

Verum

Verùm maxime notandum eſt, his termi-
s, ſecundum æquivalentiam, nos non
elle tantum vivens manere idem numero,
uia fluentibus quibuſdem ejus partibus,
ias recipit, quæ eundem ſitum habent reſ-
ctu totius, quem habebant corruptæ
uſdem corporis partes: quemadmodum
olunt quam plures, qui ſuam mentem
xplicant exemplo aquæ ex lagena gutta-
m effluentis, & alterius aquæ ad receſſum
ræcedentis, guttatim eadem ingredien-
s lagenam quam dicunt manere eandem
umero ſecundum æquivalentiam; ſed
elle nos, vivens acquirere novas mate-
æ partes, quæ eundem quidem ſitum
ocineant, ſed præterea eandem numero
otius formam participent, quemadmo-
um materiæ ejuſdem viventis partes quæ
ræterflaxerunt, eandem totius retinebant
ormam: Unde ad exemplum allegatum
ico maximum eſſe diſcrimen, inter iden-
tatem numericam aquæ ex lagena fluen-
s & refluentis in illam, & identitatem
umericam viventis, quia in vaſe nihil re-
anet idem ſecundum numerum, ut pa-
et, ſed tantùm ſecundum ſpeciem; in
nimalibus autem ſemper manet aliquid
ecundum numerum idem; quia aqua
uæ advenit, non tranſit in eandem nu-
ero ſubſtantiam cum aqua quæ prius

advenit, ſed eſt extra ipſam quamvis continua; in partibus vero eorum quæ nutriuntur, illud quod advenit, tranſmutatur in illud cui advenit, & efficitur unum numero cum illo; ita ut nihil unius ſit extra aliquid alterius; Et ideo manent eadem numero in actu, toto tempore vitæ quamvis aliquid ex eis reſolvatur & aliquid eiſdem adveniat partibus.

Objicies, Dato quod fiat partium materiæ abſumptarum reparatio in vivente ſicut dictum eſt, ita ut fluente una parte altera redeat, atque adeo vivens ſemper conſervetur, ſaltem ſequitur, quod aliquando fiat, in ſenio, ut in vivente nulla pars remaneat materiæ quæ prius in tenera ætate fuerat in illo & per conſequens cum non poſſit aliquid idem numero permanere, niſi quamdiu eadem materia conſtat, neceſſum eſt quod aliquando annoſum vivens non ſit amplius idem numero cum ſeipſo alias juveni.

Reſpondeo ad objectionem negando primam antecedentis ſequelam, quia nunquam contingit in vivente, quod omnes partes quæ præerant, ita abſcedant, ut nihil prioris materiæ remaneat, ſed ſemper manet aliquid (ut ſtatim explicabitur concluſione tertia) & illud quod advenit viventi ex alimento converſo, efficitur unum

num

num quid cum partibus quæ præerant.

Instabis primo speciatim de anima irrationali; ex diversa numero materia, educitur diversa numero forma; ergo si ex diversis numero partibus alimenti, paulatim novæ partes materiæ aggenerantur per nutritionem, tandem fiet in hypothesi, ut absumptis omnibus partibus materiæ prioris nullæ superfint nisi de novo acquisitæ, atque ideo novæ etiam tantum partes formæ simul cum materialibus partibus aggeneratæ, & per consequens, quod tum vivens non sit idem numero, cui nempe nihil supereſt prioris formæ & materiæ.

Respondemus, Dictum jam esse nunquam contingere ut sic abscendent omnes viventis partes, quod nihil prioris materiæ permaneat. Deinde distingo antecedens instantiæ; ex diversa numero materia educitur diversa numero forma; si ex materia, v. g. carna seorsim sumpta educatur forma concedo; si educatur ex materia conjuncta, & quæ transeat in præexistentem materiam per participationem ejusdem formæ; ut si educatur ex materia cibi quatenus conjungitur, & transmutatur in substantiam viventis, nego antecedens. Ex hoc patet falsum esse consequens, quia in hypothesi, licet daremus

mus nihil permanere præcedentis materiæ, non fit mutatio ſubſtantialis omnium partium viventis ſeorſim, ſed tantum cum conjunguntur & aggenerantur advenientes partes partibus præexiſtentibus, ut cum illis unum idemque numero faciant; quia partes advenientes ſigillatim, tranſeunt in ſubſtantiam totius præexiſtentis induendo illius formam, ita ut nihil advenientis ſit extra aliquid alterius præexiſtentis cui advenit; ſicut multoties dictum fuit.

Inſtabis ſecundo, Forte gratis dici non fieri mutationem omnium viventis partium ſi ad multos annos vixerit; præſertim cum videamus ex tam exigua quantitate quam in ortu habent multa viventia, ad tantum quantitatis molem ſucceſſu temporis perduci.

Reſpondeo, Patere ſatis hoc non eſſe gratis dictum, cum quaſi admiſſa tranſmutatione omnium omnino partium materiæ viventis, negaverim tamen inde ſequi non manſurum vivens idem numero in ſenectute cum ſeipſo in juventute, eo quod non tota ſimul mutetur materia, ſed per partes tantum quæ ſucceſſu temporis ita mutantur omnes ſigillatim, ut advenientes de novo, ſemper tranſeant in ſubſtantiam antiquarum præexiſtentium partium

um & faciant unam numero materiam to-
lem cum illis. Itaque cum non ſit gra-
dictum non totam materiam viventis
fluere ſecundum partes, ut in ſenio nul-
pars ejus ſuperſit quæ prius in juveni
erat; ſed imo manere ſemper aliquid
ioris materiæ, gratis affero probationem
ujus reſponſionis in ſequenti concluſi-
ne.

Dico igitur tertio, In quocunque viven-
quantumvis annoſo ſemper manet ali-
uid materiæ ſtatim ab initio habitæ, ſci-
icet, quia partium viventis aliæ ſunt quæ
alore naturali conſumuntur, aliæ quæ
onſumi non poſſunt, eo quod partium iſta-
um quædam ſunt humidæ, & quædam
iccæ & terreſtres; humidæ autem calo-
e naturali abſumuntur, nam ſunt pro-
rium illius pabulum; partes vero ſiccæ
& terreſtres permanent, quemadmodum
tiam in his quæ comburuntur, inſpici-
mus, nam toto humido per ignem con-
ſumpto remanet civis qui eſt pars lieni ſic-
ca & terreſtris, quam ob ejus maximam
reſiſtentiam ignis conſumere non poteſt;
jam vero viventia omnia in ſui ortus ini-
tio humidiſſima ſunt, ſed procedente æta-
te fiunt paulatim ſiccíora, quia calor con-
ſumit humidum radicale, & quamvis a-
dveniat humidum cibale reparans & re-
ſtaurans

staurans ipsum, tamen advenit eo etia
aliqua pars terrestris quæ postea reman
cum abortu ducta terrestri parte; & sen
per ætate procedente magis a calore n
turali densatur & indurescit. Testimoni
sunt ossa quæ post mortem animalis di
tissime durant; nam eorum materia max
ime terrestris est, & magnam vim resisten
di habet terra. Testimonio etiam sun
cicatrices in adolescentia receptæ qu
remanent eædem in senectute, quod no
contingeret nisi aliqua materiæ pars eade
numero in sene remaneret, quæ ante i
adolescente fuit.

Objicies, Si ex eo quod manent eædem
cicatrices in sene quæ ante fuerunt in ju
vene, licet concludere eandem materiam
numero per omnem ætatem in vivente
manere, concludendum est quoque, cum
eædem cicatrices maneant in cadavere, ean
dem in eo manere materiam quæ ante fuit
in vivente, & idem manere accidens in
corrupto quod prius erat in vivente, at
que sic non dari resolutione usque ad mate
riam primam in generatione & corruptione
quæ omnia sunt contra Aristotelem ut patet
lib. De ortu & interitu.

Respondeo negando multiplicem illam
sequelam objectionis primo, quia planum
est non esse idem numero subjectum cada
ver

ver & vivens ex quo cadaver est; unde etiam patet non posse esse in eo eadem numero accidentia, puta cicatrices quæ erant in vivente, nam unitas numerica accidentium est desumenda ab unitate numerica subjectorum. Secundo quia nec concludi debet ex similibus cicatricibus in cadavere manere quoque in cadavere eandem numero materiam cum communiter & proprie eadem numero materia non dicatur, nisi illa cujus est semper una numero forma substantialis; cum etiam adversarii libenter fateantur diversam esse formam substantialem cadaveris & viventis. Ex his patet ad tertium incommodum, nihil sequi ex nostra ultima conclusione contra philosophum.

Tantum ab est ut credam nostram conclusionem esse absurdam quin potius velim illam ita confirmare, ut facta supositione mutabilitatis totuis materiæ viventis, adeo ut nec humidæ nec terrestres, & siccæ partes ullæ sint immutabiles, sed perpetuo fluant, sustineam tamen permanere in vivente toto suæ vitæ tempore aliquam partem materiæ statim ab initio habitæ; quia cum illud quod advenit ex alimento aggeneratum, sit permixtum ei quod prius inerat, & similiter unum effectum sit ex ambobus, semper deperditio fit in utroque

que proportionaliter ; & ideo nunquam contingit quod totum illud quod prius inerat ita abscedat ut nihil prioris materiæ maneat ; sed imo semper manet aliquid, & illud quod advenit unum cum illo quod præerat, efficitur, & ideo est una materia & unum individuum per totam vitam.

Soluto nihilominus dubio sólutionis usque adeo difficilis, cum Zabarella non mediocris ingenii philosopho hanc ad solutionem nitente, fateri debemus, plurima fieri in natura quorum rationem & modum non intelligimus ut & alii, de invenienda ejudem dubii solutione desperantes, illud taceant : Occasio tamen iterum se offert dicendi & alio difficili dubio de terminis magnitudinis in vivente. Sit igitur,

CAPUT

CAPUT IV.

Cur dentur termini magnitudinis in Viventibus, & in his certo tempore ceſſet accretio.

HIc ſupponimus tanquam certum dari terminos magnitudinis in viventibus; nam cujuſcunque eſt determinata natura, ejus etiam determinata eſt quantitas, quia quantitas unius cujuſque eſt proportionata virtuti ſuæ cauſæ, & virtus determinatæ naturæ, etiam eſt determinata; atqui omnis viventis natura ſubſtantialis & ſpecifica, eſt terminata, terminatamque habet virtutem; ergo & quantitas eſt terminata, & proinde in vivente dantur termini magnitudinis; unde,

Dico primo, Duabus de cauſis ceſſare accretionem v. g. in adoleſcentibus, & ſervata proportione aliis viventibus, & in illis dari terminos magnitudinis. Prima cauſa eſt finis cujus gratia extenſionem terminorum, accretionemque natura conſedit: Scilicet, ut poſſet vivens facile & commedo-

commode exſequi omnes ſuas actiones ſecundum ſpeciem ſuam, quas quidem cum exercere non poſſit pro debilitate ſua quamdiu manet ſub exigua illa quantitate quam ab ortu acceptam habet cum ſua ſubſtantia, natura ſapiens quæ in neceſſariis non deeſt, ſicut non abundat in ſuperfluis, augmentativam conceſſit viventi potentiam qua ad requiſitam illam quantitatem, quam ſtatim ab initio obtinere non potuit, paulatim perducatur, quam ubi attigit (quia ceſſante cauſa etiam ceſſat effectus) deſinit extendi & creſcere, atque adeo aſſequitur terminos ſuæ magnitudinis: Altera vero cauſa illius ceſſationis ſumenda eſt ex indiſpoſitione ſubjecti ad ulteriorem extenſionem; nam quantum eſt ex parte agentis naturalis, ſeu potentiæ augmentativæ & caloris naturalis qui eſt auctricis virtutis inſtrumentum, vivens non minuitur ſecundum virtutem Augmentativam, quæ perpetuo manet æqualis virtutis in vivente, nec defficit calor naturalis, imo ſane validiſſimus eſt in adoleſcente, nec minus aptus ad augendum quam in puero, quamvis nulla fiat accretio in illo. Ad majorem itaque explicationem.

Dico ſecundo, Impedimentum accretionis, v. g. in homine adoleſcente tribuendum

lum est indurationi & exsiccationi præcipuarum ejus partium, scilicet, ossium ad quorum extensionem in tenera ætate, quia mollia & ductilia adhuc sunt, vivens augetur, & crescit secundum omnes dimentiones; sed eorum exsiccatione, & indurazione, exsiccante & indurante ea calore naturali, processu ætatis fit tandem ut circa adolescentiam finitam & virilem ætatem inchoatam, amplius extendi non possint, nec consequenter reliquæ corporis partes, cum ossa sint basis & quasi fundamentum cæterarum partium; verum est tamen quod vigente per hanc ætatem calore naturali, & concurrente faculate nutritiva quæ multum de alimento convertit in propriam viventis substantiam, carnosiores fiunt homines & pinguiores, sed Augmentatio hujusmodi non dicitur accretio, quia nomine accretionis intelligi solet secundum omnes dimentiones extensio, non tantum secundum latitudinem.

Disputatio quarta,

De Generatione viventum.

Hac in disputatione dicemus quænam sit generationis objectum, quid sit ipsa genera-

generationis actio, ut inde concludamus quid sit ipsa generativa facultas; in discursu post ea breviter disseremus de quibusdem consequentibus hanc potentiam, de similitudine, natorum ad parentes, de vita, morte, respiratione, sanitate, morbo, & ætate.

CAPUT I.

De Objecto generativæ facultatis Et generationis actione.

DUplex est hujus facultatis objectum, nempe, semen & vivens generandum ex semine, illud proximum & immediatum quod in generante, hoc vero remotum sed principale quod extra ipsum generans producitur; quid sit vivens patet ex antedictis; semen autem dicitur potest, pars superflua alimenti ultimi, potens producere vivens simile ei a quo est. Dicitur primo pars superflua, eo quod nec vivit, cum non sit viventi continua, nec alit unde a quibusdam excrementum appellatur, sed utile ad distinctionem ejus a fæcibus nocivis. Dicitur secundo alimenti ultimi, id est sanguinis purissimi & decoctissimi; super abundans enim est pars ista ex

nutritione

utritione seu conversione illius sanguinis vivens, unde ut multis videtur, non istinguitur essentialiter a sanguine; sed ortio quædam est illius ulteriori coctione er genitalium virtutem ad generationem æparatam. Dicitur tertio, Potens proheere vivens simile ei a quo est, ut significetur finis & effectus propter quem est, ud semen tanquam instrumentum.

Gravissima quæstio hoc loco proponi solet; utrum fœminis & maribus semina conveniat; seu utrum fœminæ activæ d generationem prolis. Affirmativa non placet Aristoteli, sed e contra sustinet œminas passive tantum concurrere, sicut erra concurrit ad productionem plantarum, semen in se fovendo, donec ex eo eneratur prolis. Ita ut pater sit efficiens causa principalis & totalis, non partialis antum: Semen vero illius causa quoque otalis, activa instrumentalis, frustraque equiratur semen fœmineum quod sit ctivum. Medici ex opposito docent, proantque mulieres constare partibus genitabus, sicut & viri constant, ut ex earum issectione patet, quæ partes a natura eum rustra concessæ non fuerint, sunt illis argumentum quo probent in fœminis virtutem esse activam physicam ad generandum.

Hic

Hac in controversia standum mihi videtur pro parte Aristotelis multas ob rationes exponendas: sed in primis nota primo humanum proprie loquendo non esse semen viri solum, aut sanguinem menstruum fœminæ solum, cum nusquam homo solus sine consortio generet, nec fœmina sola in utero fœtum concipiat; sed semen humanum illud esse quod ex viri semine & menstruo sanguine ad generationem præparato mixtum est, quodque uno nomine conceptus dici potest nota secundo in semine sic explicato, esse tum virtutem passivam secundum quam possit ex eo animal generari, tum virtutem activam quæ virtutem illam passivam ad actum reducat immediate tanquam instrumentum proximum generantis. Nota tertio in generatione triplicem reperiri actionem, unam principalem quæ proprio nomine dici potest formatio seu organisatio corporis; aliam minus principalem & præambulam actioni principali quæ distincto nomine actio præparatoria ad principalem nuncupatur; tertiam demum concomitantem vel sequentem actionem principalem. His notatis,

Dico primo ad hoc, Ut aliqua fœmina mater dicatur vere & proprie, non requiritur quod ipsa concurrat active ad principalem actionem qua vivens generatur,

ed ſufficit quod ad præcipuam illam acti-
nem concurrat paſſive, & materialiter
xhibendo materiam in qua principalis actio
eneration is recipiatur, nempe ſanguinem
enſtruum qui ſemen paſſivum dici po-
eſt.

Probatur concluſio, quia ſi eſſet de ne-
ſſitate matris ut ad generationem, id eſt,
l principalem conceptionis actionem ſeu
rporis organiſationem fœmina active con-
rreret, beata Virgo non poſſet dici ma-
r Dei; nam beata Virgo non concurrit
tive ad conceptionem Chriſti, utpoteque
e Spiritu ſancto conceptus eſt: At-
i falſum conſequens & hæreticum; er-
& falſum antecedens, ſcilicet, eſſe de
ceſſitate matris ut ipſa active concurrat
principalem generationis ſeu concepti-
is actionem.

Probatur ſequela majoris & probatio
us, quod beata Virgo active non con-
rrerit. Nam conceptio Chriſti tota ſi-
ul ſeu in inſtanti perfecta eſt: ergo illa
n potuit ad illam active concurrere,
ia nulla creatura corporea cum facilita-
corporea, qualis eſt generativa facultas,
actionem inſtantaneam active concur-
e poteſt; factam autem eſſe Chriſti
nceptionem in inſtanti, ſuadet primo
ſonæ dignitas, cujus corpus formabatur,

non enim erat congruum, ut filius Dei humanum corpus assumeret, nisi formatum cum etiam anima Adami non corpori nisi formato data fuerit; præterquam si aliter esset, filius Dei conceptus fuisset non Christus homo, sed Christus embrio: Secundo idem suadet agentis, scilicet, Spiritus sancti virtus infinita; cum enim virtus agentis eo citius perficiatur quo plus virtutis habet agens, maxime si talis actio rei agendæ non repugnet; cum autem, ut fatentur, non repugnet conceptionem Christi, seu organisationem corporis ejus fuisse in instanti perfectam, imo potius dignitas filii Dei id postulet, concludendum est Christi conceptionem virtute Spiritus sancti in instanti fuisse perfectam, adeoque beatissimam virginem ad istam actionem active concurrere non potuisse, quamvis Christi, filii Dei Mater revera sit: Nec dicas illud fuisse extraordinarium; quia tantum abest, ut illud activitatem Matris impediret; quin imo si quæ fuisset ad principalem generationis actionem requisita in fœmina activitas, tunc ea totaliter concurrisset active ad eam, cum Spiritus sanctus causa materialis (ut homines sunt) conceptionis Christi nullo modo fuit; nam ut optime dicit Augustinus; conceptus est Christus non de substantia Spiritus sancti, sed de ejus

potentia,

otentia, non generatione, ſed juſſione & enedictione. Unde,

Dicimus ſecundo, Conſequenter ad præ-dentem concluſionem, ſolus pater eſt prin-ipium activum dictæ principalis actionis in eneratione, mater autem ejuſdem actionis ſt principium paſſivum: Ita ut (quemadmo-um dictum eſt ſecundo notabili, cum in ſe-ine humano quod eſt ex ſemine viri & fœ-inæ menſtruo ſanguine ſimul mixtis con-at, ſit duplex virtus, una paſſiva ſecundum uam ex illo ſemine poſſit animal genera-i; altera activa quæ virtutem paſſivam d actum reducat) paſſiva virtus ſit ex arte matris exhibentis materiam aptam ad atiendum a virtute active ſeminis per vi-um exhibiti.

Probatur concluſio primo, Quia repug-at iſtud ordini naturæ quæ non abundat ſupervacaneis, ut fœminæ conceſſerint irtutem activam generativam cum ſit mul-s experientiis apertiſſimum, talem ma-bus conceſſiſſe virtutem, pateatque max-me in oviparis animalibus, nam teſte phi-oſopho *lib.* primo De gener. Animalium, e-enit in generatione oviparorum, ut ubi æmina ova ediderit, mas ſemen aſpergit, quæcunque attigit, fœcunda efficiuntur; uæ non attigit, remanent infœcunda; x quo patet non eodem modo conferre ad

generationem marem & fœminam, ſe
marem eſſe principium activum, fœmina
vero paſſivum, ſeu materiam miniſtrare.

Probatur ſecundo, Quia impoſſibile e
quod unum & idem ſit activum & paſſi
vum reſpectu ejuſdem; atqui ſi fœmin
per ſanguinem menſtruum, aut aliquo
ſemen, ut volunt medici, concurreret ac
tive ad principalem generationis actione
ſequeretur hoc incommodum, ſuppoſito
ſicut probatum, quod ſemen viri ſe habe
at ad generationem tanquam principiu
ejus activum, nam cum neceſſarium ſit ub
eſt alicujus actionis naturalis activum prin
cipium, adeſſe etiam paſſivum tanquam
objctum terminans & recipiens actione
agentis, vel alterutrum principiorum ſe
ſeminum eſt paſſivum tantum, & ſic ha
bemus intentum, vel utrumque eſt paſſi
vum & activum ſimul, & hoc eſt quo
contendimus impoſſibile; quia quod acti
vum eſt, perfectum eſt reſpectu ejus quo
paſſivum eſt, & e converſo; atque it
(præterquam eſt inconveniens multipli
care principia generationis, ponendo ſi
duo paſſiva & duo activa principia, cum
unum activum poſſit ſufficere cum un
paſſivo) ſequeretur unum & idem eſſ
perfectum & imperfectum reſpectu ejuſ
dem, nec non ſeipſum reducere de poten
it

ia in actum quo nihil dici poteſt a vera hiloſophia magis alienum.

Probatur tertio, Quia ſi virtus activa & affiva ſimul convenirent menſtruo ſanuini vel alicui alteri ſemini quod fœmia ad generationem miniſtrat, ſequeretur eri aliquando ut fœmina naturaliter ſine iri auxilio conciperet, quod tamen eſt auditum: ſequela videtur manifeſta, nam dverſarius non poteſt od hoc aliud reondere, niſi quod virtus illa activa quæ emini fœmineo convenit, debilis eſt & mperfecta, adeoque indiget ſibi adhiberi eminis virilis virtutem activam perfectiem: Sed ut intuenti patebit, reſponſio ta nulla eſt, nam cum natura nitatur ad erfectum, non potuit concedere fœminæ irtutem generativam activam ex ſua raone & eſſentia imperfectam, ita ut nuſuam in nullo individuo perfectionem ad eneration em actualem requiſitam, conſeuatur.

Probatut quarto, Quia diſtinctio maris fœminæ concurrentium ad genertionem rguit diſtinctas eorum operationes: Siuidem res unaquæque eſt ex natura propr ſuam operationem; cum igitur per aturam facta ſit illa maris & fœminæ diinctio, ſequitur vel quod ipſa fruſtra ſit, el quod alia ſit operatio fœminæ, alia

operatio maris in generatione, & quod hi
virtutem obtinet activam in ſemine, illi
paſſivam in ſanguine menſtruo; confirma-
tur ratio hæc ex plantis, in quibus, quia u-
traque vis tam activa quam paſſiva com-
miſcetur, non eſt diſtinctio maris & fœmi-
næ.

Objicies, Concedendo fœminam habe-
re tantum virtutem paſſivam: ſecundum
ſangninem menſtruum quem miniſtrat
qui fœtus generandi materia eſt; rurſus
aliam habere virtutem activam in ſemine
ejuſdem rationis cum virili ſemine, quod
emittit quemadmodum & ipſe vir. Quod
autem ita ſit, probatur multis indiciis:
primum eſt, quod ſicut patet in diſſectione
anatomica; fœmina teſtes, interius geren-
quos vir habet exterius: Quare cum ſint
ipſi ſeminis artifices, videtur quod ſemen
a fœmina ſicut a viro emitti debeat; ſe-
cundum indicium in eo eſt, quod fœmina
etiam ſimilibus arteriis quibus fit ſeminis
ejaculatio per virum, prædita eſt; tertium, voluptate actus venerei fœmina ſicut
vir afficitur: Ergo fœmina non prebet ſo-
lum ſanguinem menſtruum, ſed & verum
ſemen in quo virtus eſt activa ad efforma-
tionem & organiſationem corporis hom-
nis generandi, & conſequenter fœminæ ad
actionem generationis principalem concur-
rit active. Reſpon-

Respondeo cum Aristotele ad ista argumenta quæ ipse sibi opponit & solvit *lib. primo de generat. animal. cap.* 19, 20, 21. Et ad primum indicium dico, mulieres quidem interius testes obtinere, non destinatos tamen ad seminis activi confectionem, sed ad sanguinis menstrui concoctionem, & præparationem requisitam, ut ex eo tanquam ex materia prima & passiva animal possit generari: Ad id quod objiciebatur fœminam non menstruum tantum sanguinem fundere, sed aliud etiam semen simile semini virili in quo virtus activa indeat, dicendum contra indicium esse non tale semen a fœmina ministrari quale mare; nec amborum mistura generari; quod sæpe numero fœminæ concipiant sine illa quæ per coitum fit, voluptate, & proinde hoc indicium est fœmineum semen totum consistere in menstruis quod cum maribus semen fieri incipit, & fœminis menstrua innotescunt eadem ætate.

Ad secundum indicium dico; Esto sint in fœmina venæ seu arteriæ ejaculatoriæ, non inde sequi, tale semen a fœmina ministrari, quale a viro, sed solum tale, quale sit semen fœmineum, & ideo requiri in fœmina canales, venas, & arterias ejaculatorias, ut seminis istius, id est, sanguinis menstrui ad generationem præparati

&

& decocti cujus respectu ille qui a fœmina singulis mensibus exit, est quasi excrementum, emissio & commixtio fieri possit cum semine virili eadem ratione qua necessarium est causam materialem, & efficientem, activam & passivam invicem se tangere ad naturalis cujuscunque corporis generationem.

Quoad tertium quo dicitur pari voluptate virum & fœminam affici exercitio venerei actus. Respondeo indicium illud non videri sufficiens, ut ex eo concludi possit semen ejusdem rationis & a fœmina & a viro emitti, quia, inquit philosophus, cum per coitum fœminis, voluptas & maribus cum tractatione ejusdem loci veniat, tamen humor ille quem multi medici putant esse semen non hac emittitur sed uteri excretio est, quæ forsan non omnibus evenet. Præteria voluptas quæ per coitum sentitur, non solum semine exeunte accidit, sed etiam spiritu ex quo consistens semen emittitur, ut patet tum in his qui nondum emittere possunt, tum in viris qui genituræ expertes sunt in quibus omnibus scalpendo, voluptas nascitur: Addo prævidisse naturam, ut fœmina actu illo voluptate perfundatur, imo majori voluptate quam ipse vir, ne ob incommoda, difficultates, & ipsius vitæ periculum, quod

incurrit

incurrit ipsa si fœtum gerat, ita ab isto actu abhorreret ut in illum congredi nunquam vellet; rebus enim positis ut sunt, contingit ut cum difficultatibus, morbis, & vitæ ipsius periculo, si fœtum conceperit, fœmina a congressu removeatur, prætextu voluptatis ad coitum veniat; cum itaque voluptas sentitur per Spiritus virtutem, sequeretur majorem esse efficatiam in semine fœmineo quam viriliquod absurdum est ex adversariis; nam majori proculdubio afficitur voluptate, etiam si homo semen non emittat in congressu: Etenim si natura providerit ut ex sumptione cibi & potus voluptas aliqua perciperetur, tanto majorem sine dubio providit voluptatem in coitu, qui est ordinatus ad speciei conservationem, quanto excellentior est species individuo cujus conservandi causa, cibus potusve sumitur.

Dico tertio fœmina concurrit active ad generationem prolis actione minus principali, seu præambula ac præparatoria ad principalem, sicut etiam ad aliam actionem consequentem, vel concomitantem actionem principalem. Probatur conclusio secundum utramque partem, & quantum ad primam quidem, quia generatio esse non potest indifferenter ex qua cunque materia, quoniam sicut apparet, multæ

sunt

ſunt fœminæ ſteriles, ſed neceſſario debet materia per virtutem vitalem in utero præparari ad conceptum; præparatio autem hæc fœminæ haud dubie convenit, cum alteri non poſſit convenire. Quantum ad ſecundam concluſionis partem, res clara eſt; niſi enim ſemen virile ad debitum pervenerit locum, evaneſcit & labitur ſine effectu: Quod ſi e contra ad locum generationis, quomodo decet, delatum fuerit, cæteraque ſint paria, tunc ſemen valet; unde colligitur quod locus facit ad bonitatem generationis, bonaque matricis diſpoſitio opperatur ad bonam prolis diſpoſitionem, quaſi præbens fomentum, quamvis active aliud non præbeat, quemadmodum notat Avicenna, *cap. De diluviis.*

Matrix facit ad meliorationem concepti; ex quibus omnibus, ut ſupra concluditur, fœminas ſimpliciter & proprie active non concurrere ad prolis generationem ſeu corporis formationem & organiſationem, ſed tantum ad actionem præparatoriam & principalem concomitantem actionem.

Sed active dico ad duas ultimas actiones extrinſece concurrere ex parte loci, id eſt, matricis, & actionis vitalis in utero circa fœtum exerciti, non vero intrinſece ex parte ſanguinis menſtrui cum ſemine virili mixti,

mixti, quia quidquid a matre actu venereo exciditur, ad actionem principalem materialiter tantum & passive se habet.

Objicies tamen rursus in secundam conclusionem, Quibus convenit una eademque specie forma, eisdem convenire debent omnes speciei facultates; atqui mulieri v. g. sicut & viro una specie forma, nempe anima rationalis convenit; ergo & eidem convenire debent omnes illius facultates, atque adeo facultas generandi activa.

Responderi potest breviter, Concesso toto argumento, negatione subsumptæ consequentiæ, quia facultas activa generandi, aut passiva non est facultas consequens speciem, sed tantum consequens modum & dispositionem speciei individuorum; unde quamadmodum dispositiones & modi non sunt de essentia speciei, sic nec activa facultas, aut passiva seorsim non consequitur essentiam speciei, sed facultas generativa tantum quatenus abstrahit a passiva & activa; quo sensu concedimus esse facultatem generativam in quocunque speciei individuo, saltem in actu primo, sive fuerit mas sive fœmina.

Sed aliter Respondeo, Distinguendo majorem. Quibus convenit una specie forma, eisdem convenire debent omnes ejusdem

ejuſdem ſpeciei facultates, ſaltem in actu primo & ſecundum ſuam entitatem abſtrahendo ab actibus vitalibus, concedo: convenire debent in actu ſecundo. Et cum ordine actuali ad opperationes vitales quas aliquando exerceant; nego majorem, unde conceſſa minore propoſitione diſtinguenda eſt ſimiliter conſequentia prima; ultima vero quæ ſubſumpta eſt, ſimpliciter negari debet.

Inſtabis videri abſurdum potentiam generandi activam eſſe in actu primo in omnibus fœminis, quæ nuſquam reduci poſſit in actum ſecundum in aliqua fœmina, ut de facto active generet.

Reſpondeo e contra iſtud non videri majus abſurdum, quam furioſos pro inſigni defectu aliquo interno qui reparari naturaliter non poteſt, omnes quidem obtinere potentiam intelligendi in actu primo, quamvis nunquam evinire poſſit naturaliter, ut in aliquo eorum, potentia hæc reducatur ad actum ſecundum, ut de facto aliquis eorum intelligat & ratiocinetur; non videtur magis abſurdum, inquam, nam mulier ex defectu fœmina eſt, non mas, ut fatentur nobiſcum, unde philoſophus, *lib. 4. De generat. animalium cap. 3.* Habet quod primum initium degenerandi ex proprio genere eſt fœminam generari,

non

non marem, quamvis hoc sit naturæ necessarium.

CAPUT II.

De Generatione viventium facultate generativa, & similitudine natorum ad parentes.

DE generatione viventium quam plura præcedenti capite explicata sunt; dicti eo loci addo solum, generationem viventium optime definiri, ut communiter originem seu processionem viventis a vivente in similitudinem naturæ, principio vitæ conjuncto; ita ut dicatur primo, origo seu processio viventis ad distinctionem aliorum non viventium quæ non procedunt proprie, sed producuntur; dicatur secundo, Secundum similitudinem naturæ seu speciei, ad distinctionem quorumcunque viventium quæ quidem sunt a vivente, sed non secundum similitudinem speciei; dicatur tertio, principio vitæ conjuncto, ad insinuandum debere in vivente genito manere aliquid quod fuerit in generante; sicut revera in quibuscunque viventibus corporeis, hominibus, scilicet, brutis, atque plantis aliquid generantis permanet, nempe virtus

defluxiva

fluxiva simul cum materia sementiva; & si de increatis incorporeis divinisque sermo est, aliquid generantis manet ingenito, siquidem eadem numero est natura divina in patre & filio, eamque filius sibi communicatam a patre habet.

Citra itaque secundam partem definitionis hujus nota ad hoc ut procedens a vivente dicatur filius ejus a quo procedit, non sufficere, si sit similitudo in natura rationali seu intellectuali (filiatio enim rationalibus intellectualibusve substantiis tantum attribuitur) sed requiri præterea ut processio illius sit a vivente vi istius similitudinis seu assimilationis quæ pertinet ad intellectum in divinis; unde defectu hujus conditionis, Spiritus sanctus non est filius Dei, quamvis ipse vivens procedat a Deo vivente in similitudinem naturæ, principio vitæ conjuncto, per communicationem ejusdem numero naturæ divinæ, quia, scilicet, non procedit vi similitudinis, seu assimilationis per intellectum, sed vi amoris per voluntatem distincto prorsus sicut & inexplicabili modo; unde a Scholasticis doctoribus dicitur per spirationem procedere, ut distinguatur a filio qui per generationem a patre procedit.

Ex his autem & præcedentibus simul, potest hæc facultatis generativæ colligi definitio,

definitio, qua dicitur facultas animæ, qua vivens adhibito semine tanquam instrumento simile sibi in specie producit.

Nunc dubium de causa similitudinis natorum ad parentes, contemni non debet, sed solutione indiget, quia multi ex similitudine natorum ad parentes, tum patrem tum matrem ad principalem actionem generationis active concurrere argumentum sumunt; nam sic argumentantur: Natorum similitudo ad parentes est ex formatrice corporis virtute semine in existente: Atqui nati suis parentibus tum patri, tum matri similes sunt; ergo formatrix virtus est in semine tum patris, tum matris, & iterum ergo, cum illa virtus formatrix sit activa, mater concurrit active ad corporis organisationem, ita argumentatur Reconisius; Q. 3. De facultate generantiva art. primo, ubi solvit quæsitum utrum solus vir ad generationis actionem principalem active concurrat.

Verum dico pro conclusione & Responsione simul ad argumentum concessis majore & minore, negandam esse consequentiam, quia quamvis admittam similitudinem natorum esse ad patrem & matrem, eamque oriri similitudinem ex virtute active formatrice, contendo tamen virtutem illam activam formatricem non esse in semi-

ne

ne matris; & similitudinem natorum matri, non patri, oriri ex debilitate virtutis activæ in semine patris vel abundantia contrariæ qualitatis in semine, id est sanguine menstruo matris ad generationem præparato: nam quemadmodum, cum aliqua causa est efficax ad agendum, effectus sequitur causam, non solum secundum id quod fit, verum etiam secundum modum fiendi, ut loquuntur philosophi, & essendi; ita ex debilitate virtutis activæ in semine contingit quod filius nascatur dissimilis patri in accidentibus quæ pertinent ad modum essendi; ita Aquinas prima parte 2. 19. *art.* 8. *in corpore*. Ex quo infero, quod cum est efficaciissima virtus activa formativa in semine viri, tum nascitur proles patri similis, non tantum in specie sed in sexu, nec tantum in sexu, sed etiam in aliis levioris momenti accidentibus; & contra quod cum deficit virtus formatrix active seminis virilis, deficit quoque proles a similitudine patris, vel plus, vel minus, ita ut aliquando nascatur proles nec matri, nec patri, similis nisi secundum speciem.

Quæres, Unde igitur sit quod aliquando mas quidem generatur. Sed matri similis, & e contra, aliquando fœmina sed similis patri.

Respondeo cum Aristotele *lib.* 4. *De gener. anim. cap.* 3. Contingere quia omne

quod

quod mutatur, non in quodlibet transit, ed in sibi oppositum proximum: Opponitur autem fœmina mari, materque patri; nde sequitur quod illud quod in generatione non omnino superatur, transeat in ppositum pro modo & facultate qua non uperarit illud quod generat & movet; ita t si quatenus est mas, non poterit superare, fœmina gignatur: quod siquidem uatenus est mas potuit superare, sed non uatenus talis mas est, mas quidem genetur, verum non patri sed matri simis.

Causa autem istorum est, quod omne gens patitur ab ipso patiente, sicut quod ecat hebetatur per illud quod secatur, uod calefacit, refrigeratur per illud quod alefit: Unde fit etiam in generatione, ut mina maris & fœminæ aliquando actione passione mutua sic confundantur, ut uod generatur nec patri, nec matri simisit, sed commune tantum relinquatur homo sit simpliciter, quia particularia quuntur communia seu universalia, homo autem est universale & speciei patri & atri communis, talis vero pater & talis ater utrique particulare est, nec necesse abet talitas ista alterutrius proli communicari, sed sufficit si talitas fuerit secundam speciem. Quod si contingat aliquando

prolem talem non esse in specie quales habe
parentes, monstrosa tunc non naturalis re
gularisve generatio est.

Ex his ergo patet non solum ad obje
ctum nobis argumentum, sed etiam a
quæsitum de causa similitudinis natorum
ad parentes, causam ejus effectivam esse
virtutem formatricem activam semini ma
ris inexistentem, cui si efficax multum es
proles magis assimilatur; sin minus, minu
proportionaliter.

CAPUT III.

De vita, morte, & respiratione.

NOn dubito dicere cum philosopho *li*
1. *De Respir.* Vitam esse permanen
onem animæ vegetantis in corpore cu
calido. Dicitur permansio ut distingu
tur a productione viventis, seu ab unio
in fieri ejusdem animæ cum corpore, a qu
bus vita non differt realiter, sed connot
tione tantum quatenus vita supponit
ctam unionem animæ ad corpus, & pr
ductionem viventis. Dicitur animæ v
getantis, quia licet anima rationalis & se
tiens sint etiam principium vitæ, ratio t
men vitæ non sequitur immediate gradu
sentien

ntiendi aut ratiocinandi, ſed vegetandi.
icitur demum cum calido, ut intelliga-
r calorem naturalem eſſe animæ inſtru-
entum neceſſarium & quaſi vinculum
ictiſſimum illam in corpore retinens, ſic
deficiente calore naturali, neceſſario ſe-
atur mors.

Nota autem ad clariorem hujus conclu-
nis explicationem duplicem eſſe vitam
am ſubſtantialem, alteram accidentalem
am definivimus, utramque tamen eſſe
turalem; ſubſtantialis vita dicitur reſi-
re in anima omnium potentiarum & acti-
um vitalium radice, quæ in ſolutione
ventium in brutis atque plantis perit, &
nomine manet, cum animæ brutorum &
ntarum cum corpore pereunt; anima
o rationalis integra manet a corpore
arata. Accidentalis autem vita ea eſt
æ perit in quoque vivente etiam ratio-
i in ſolutione animæ a corpore, illaque
a eſt totius, & quaſi facultas qua acti-
es vitales exercentur, conſideratur;
de,

Dico ſecundo, Mors quæ vitam illam ac-
entalem ſequitur, eſt ſeparatio animæ
orpore ceſſante calido; quæ ſepara-
intelligi debet de unione ſeu preſen-
formali animæ; ita ut anima deſinat
iri corpori: Nam alioqui poſſet anima

remanere adhuc in corpore per virtute
divinam quasi in loco, etsi ei formaliter n
unita, & proinde non esset separata ab i
so corpore quantum ad presentiam in
co substantialem; nihilominus esset mo
vera, quia tunc esset separata anima qua
tum ad unionem & presentiam formale
seu quantum ad assistentiam animæ in
tione causæ formalis præbentis esse t
composito viventi.

Dicimus tertio, Respiratio est attrac
aeris ad cor, ejusdem aeris remissio p
pulmones: attractio autem ista hoc fe
fit modo; aer interventu diaphragm
tis per arteriam vocalem ad pulmones,
instar follium dilatati eum in se recipiunt
circa cor dispertiunt, trahitur: aer a
tem idem æstu cordis post modum calefac
per pulmones ex repressione remittitur,
misso aeri liberam faciant viam ita, ut
inde iterum dilatatione sua alium reci
ant aerem pulmones; ex quibus, attrac
one & remissione, respiratio const
Hinc collige pulmones instrumentum e
respirationis ita necessarium, quod A
stoteles dicat solum animal quod pulm
nes habet, respirare; sed pro intellig
tia hujus conclusionis, sciendum est qu
diaphragma est musculus rotundus qui
terjectus est inter viscera spiritalia,

natura

aturalia, ut loquuntur, id est, inter cor
t pulmones, & inter jecur & lienem, ip-
mque cor & pulmones interſepit, diri-
itque a jecore & liene; unde a διαφράττειν,
o interſerendo dicitur diaphragma.

CAPUT IV.

De Sanitate, morbo, & ætate.

Anitas eſt apta complexio ſeu concor-
dia primarum qualitatum, humiditatis,
igiditatis, ſiccitatis, & caliditatis, in
imali, tum in ordine ad ſubſtantiam,
m in ordine ad omnes actiones ejus, ſci-
et, vitæ, ſenſus & rationis: Ordo au-
m ad ſubſtantiam hoc loco nihil aliud
t quam proportio elementorum in com-
ſitione animalis, adeo ut poſita debita
juſmodi proportione, vivens recte ſe
bere cenſeatur quoad ſubſtantiam: Or-
o autem ad actiones viventis ſeu animalis,
t facultas recte operandi: Ita ut non
perfecta ſanitas in animali, quamvis
bſtantia ſit illius proportionata, ſi in
ſa ſubſtantia aliquod lædatur organum,
c poſſit expedite ſuis fungi actionibus;
nde patet morbum, per oppoſitionem,
rædictæ complexionis ſeu concordiæ eſſe
ſſolutionem.

Quoad ætatem dico eam definiri ſpa
tium ſeu durationem vitæ ; unde ſolis tri
buitur viventibus ; ſed de viventibus co
poreis quæ ſub tempore, numero motu
ſecundum prius & poſterius ſunt, illud in
tellige ; nam incorporeis aut immateriali
bus ſubſtantiis ætas non competit, ſed ali
earum duratio ipſis convenit, ævum Ange
lis, æternitas Deo.

Ætatum autem diviſio petitur ex nota
bili mutatione calidi & humidi, propter
ex Ariſtotele pro duplici inſigni mutation
caloris & humoris ab ortu ad conſiſtenti
ſtatum, & a conſiſtentiæ ſtatu ad inter
tum, duplex in univerſum ponenda eſt æ
tas, prima generationis quæ incipit a nat
vitate & perſeverat ad perfectiſſimum vi
ſtatum ; ſecunda corruptionis a dicto pe
fecto ſtatu ad ultimam decrepitudine
Alii alio modo diſtinguunt ætates, ut p
mam incrementi ætatem dicant, ſecundu
virorum, tertiam ſenum, & quartam dec
pitorum.

Aſtronomi vero ſeptem conſtituunt
tates quibus dominantur ſeptem planet
infantiam cui luna præeſt propter hum
rum abundantiam ; pueritiam cui Mercu
us propter loquelam ; adoleſcentiam
Venus propter concupiſcentiæ ardore
juventutem cui Sol propter vigorem ; vi
litat

itatem cui Mars propter animositatem; enectutem cui Jupiter propter morum gravitatem; detrepitudinem cui Saturnus propter morositatem. Et hæc de anima vegetante speciatim.

Pars Tertia.

Hujus tractatus de Anima Sentiente.

Ex antedictis de anima in communi tum de anima vegetante speciatim sic breviter anima sentiens recte potest definiri, actus primus corporis organici potestate sensitivam vitam habentis, seu quo sentimus, appetimus, & loco movemur; supposita itaque animæ sentientis naturæ satis manifesta explicatione, dabimus tantum operam hac in parte, ipsius animæ sentientis facultatibus explicandis; quod ut faciliori methodo præstemus; hanc partem dividemus sicut & præcedentem in 4. disputationes; quarum prima erit de sensibus in commune; secunda, De speciebus intentionalibus, quibus mediantibus sensatio fit; tertia, De sensibus externis & eorum objectis; quarta demum, De sensibus internis, tum vero De potentia loco motiva et appetitu Sensitivo.

Disputatio I.

De Sensibus in communi.

CAPUT Primum.

De Animæ Sentientis facultatibus.

PRæsupponendum est nos hic dicturos esse de anima sentiente quatenus talis, id est, quatenus distinguitur a vegetante & rationali, seu quatenus præcise sentiens est, & animal constituit in esse animali formaliter: Hoc supposito,

Dicimus primo, Tres facultates, scilicet sensitivam, appetitivam, & loco motivam animæ sentienti convenire; quia unumquodque natum est propter bonum suum, finemque proprium, quem ut consequi possit, a natura provida parente recepit simul cum esse suo vires & facultates ad id necessarias; atqui bonum animalis, quatenus animal est, non solum naturale est, sicut bonum plantarum & inanimatorum, verum etiam spontaneum seu apprehensum & proinde sponte comparabile

rabile ab eodem : Sponte vero animal operari, ſuumque bonum quærere, nihil aliud eſt quam bonum ſuum ſenſu apprehenſum appetere ; ergo animæ ſenſitivæ per quam animal conſtituitur in ratione animalis, convenit facultas appetitiva: At vero quemadmodum in moralibus patet, appetitum rationalem non operari niſi ex prævia intellectus cognitione ; ita ſervata proportione hoc loco dicendum eſt appetitum ſenſitivum non operari niſi ex prævia ſenſus cognitione; unde ſequitur quod animæ ſentienti per quam animal conſtituitur in ſuo eſſe, convenit facultas ſenſitiva ; demum quia aliquando bonum appetitum, & ſenſibiliter cognitum diſtat ab animali ; ut hoc illud poſſit acquirere ſibique preſens reddere, opus habet alia potentia, nempe, loco motiva per quam ipſum idem quemcunque in locum proſequatur, & hinc ſequitur quod tres ſunt in anima ſentiente facultates ſenſitiva, appetitiva, & loco motiva. Sed,

Dico ſecundo, Tres iſtæ facultates, ſenſitiva, appetitiva, & loco motiva, inter ſe realiter differunt, tum quia earum organa proxima diverſa ſunt ; ſenſus enim maxime in capite & cerebro viget ; appetitus in corde & præcordiis ; & loco motiva

potentia

potentia in musculis & nervis: Tum quia modum operandi plane diversum habent, objectumque formale omnino distinctum, ut amplius patebit ex dicendis, obtinent.

CAPUT II.

Quotuplex sit sensus in genere.

NOtum est fere omnibus duplicem esse sensum, internum, videlicet, & externum. Ita philosophus loquitur secundo & tertio de anima; facile probatur conclusio ab indigentia; nam natura concessit sensum animali, non modo ut bonum materialiter, sed & formaliter sub ratione boni cognosceret, nec non a malo distingueret; scilicet, ad hoc fugiendum, illud prosequendum: Atqui ad istud sufficere non potest sensus externus; nam lupus per oculum non videt ovem nisi quatenus bonum suum est materialiter; non autem sub ratione boni formaliter, videt enim tantum ovis colorem, & ejus balatum audit, minime vero rationem illam propter quam ovis bonum suum est; ergo lupus alio sensu, id est, interno, nempe, estimativa donandus fuit per quem boni apprehenderet

deret rationem, qua intellectus ipse suum bonum prosequeretur.

Confirmatur rursus conclusio experientia; etenim experimur, non modo nos videre, sed & cognoscere quod videmus, quæ cognitio intellectui attribuenda non est; cum ea nobis qua animalibus convenit; nam & ipsi infantes rationis usu carentes etiam cognoscunt se videre; immo quod magis est canis similiter non modo videt Dominum, sed cognoscit se videre illum & non alium: Ergo in animalibus admittendus est aliquis sensus præter externos.

Præterea animalia bruta rerum præteritarum recordantur, Dominos quærunt quos non vident, nec audiunt, nec alio externo sentiunt modo & domos e longe repetunt; hæc autem & similia per sensus externos præstare non possunt; ergo sensum habent internum animalia. De sensibus internis & externis in particulari agendum est; Sed prius de sensibus externis in communi, quorum ergo sit

CAPUT

CAPUT III.

Quot ſint ſenſus externi.

NOtandum eſt hoc loco, Ubi de ſenſibus animalium ſermonem inſtituimus, nos abſtrahere ab animalibus his aut illis, ſermonemque habere de ſenſibus externis qui animali univerſim ſumpto, quatenus animal eſt, convenire poſſunt; quique in animalibus perfectis quibuſcunque reperiuntur, hoc notato.

Dico, Quinque ſunt ſenſus externi, viſus, auditus, olfactus ſeu odoratus, guſtus & tactus; Etenim probatur neceſſitas iſtorum quinque ſenſuum; quia ſenſus externus animali conceſſus eſt, ut bonum ſuum per qualitates ſenſibiles percipere queat; unde tot ſunt admittendi ſenſus externi quot ſunt qualitates ſenſibiles quibus mediantibus animal ſuum bonum percipere poteſt: Atqui quinque ſunt hujuſmodi qualitates, ergo quinque ſunt ſenſus externi; major argumenti nulla videtur indigere probatione; minor vero inductione probatur; nam tot taleſque qualitates ſunt ſenſu perceptibiles, calor, frigus, humor, ſiccitas, ſonus, odor, lumen, color,

color, & ſapor ; quatuor autem primæ qualitates tactu ita percipiuntur, ut alio ſenſu percipi nequeant ; color & lumen ita viſu ut nunquam alio ſenſu ; ſonus ſimiliter ſic auditu, ut alio ſenſu nuſquam ; odor item olfactu ſeu odoratu tantum percipitur ; ſapor denique guſtu ſolo ; ergo quinque ſunt ſenſus externi.

Objicies, Ariſtoteles ſecundo de anima aſſerit guſtabile eſſe tangibile, nec fieri unquam guſtum ſine tactu ; Ergo guſtus & tactus non ſunt duo ſenſus & ulteriori conſequentia pauciores ſunt quam quinque.

Reſpondeo, Ariſtotelis mentem eſſe, quod omne guſtabile materialiter ſumptum tangibile eſt, proindeque tactus ſemper comitatur guſtum, quamvis in ipſo, quod guſtabile eſt & tangibile, diverſæ qualitates perceptibiles ſint admittendæ tanquam rationes formales, per quas idem ſubjectum materialiter ſumptum ad diverſas potentias refertur ; quatenus igitur illud quod tangibile eſt, in ſe ſaporem habet, guſtabile formaliter conſtituitur, & quatenus humidum eſt, ſit formaliter tangibile ; quod autem de ſenſibili dicitur, proportione ſervata, dicendum eſt de ſenſu guſtus & tactus ; eadem enim lingua guſtat & tangit ſed per diverſos ſenſus. Unde,

Dicimus,

Dicimus, Quinque ſuprapoſitos ſenſus realiter ab invicem diſtingui, quia eorum objecta formalia plane ſunt ab invicem diſtincta, diſtincti quoque ſunt modi operandi, nec non diſtincta ſubjecta immediata, cum viſus ſit in oculis, auditus in auribus, olfactus in naribus, guſtus in lingua & palato, tactus vero per totum corpus diffuſus reperiatur.

CAPUT IV.

De Objecto ſenſus ſeu ſenſibili, & quotuplex ſit ſenſibile.

NOta primo ſentiens, ſenſitivum, ſenſum, ſenſationem, & ſenſibile ſic ab invicem diſtingui, ut ſentiens ſumatur pro animali, ſenſitivum pro organo, per quod animal ſentit, v. g. pro oculo; ſenſus pro ipſa potentia naturali ſeu facultate ſentiendi organo cuidam inſita; ſenſatio ſignificet actionem ipſam ſeu tendentiam ſenſitivi, id eſt, organi, per ſenſum ad objectum ſuum, quod quidem ſenſibile nuncupatur.

Unde nota ſecundo, ſenſibile duobus modis accipi, Primo formaliter, quatenus eſt præciſe

præciſe terminus relationis quam ſenſus ſeu facultas ſentiendi habet ad ſuum objectum, & ut ſic, eſt ens rationis quod intellectus concipit advenire ipſi objecto per ſenſum circa illud operantem; ſecundo materialiter quatenus eſt ens aliquod phyſicum & reale quibuſdam accidentibus phyſicis affectum per quæ poteſt ſenſum immutare, & ut ſic ſenſibile, objectum ſenſus appellatur: Hujuſmodi ſunt illuminatum & coloratum reſpectu viſus, ſeu facultatis viſivæ; De ſenſibili autem hoc modo ſpectato nunc dicendum eſt.

Sed nota tertio, Senſibile aliud eſſe per ſe aliud per accidens; ſenſibile per ſe illud eſt quod ſecundum entitatem propriam ſenſu percipitur, ut color reſpectu oculi; ſenſibile vero per accidens illud eſt quod non per ſe, ſed per alterum quod per ſe eſt ſenſibile, ſentitur; hujuſmodi ſunt omnes ſubſtantiæ quæ non niſi per ſua accidentia ſub ſenſum cadunt.

Nota quarto, Senſibile aliud eſſe proprium, quod uni ſenſui tantum reſpondet, quomodo ſonum reſpectu auditus; aliud commune quod venit ſub plures ſenſus; verbi gratia magnitudinem & motum quæ tum viſu tum tactu percipiuntur.

Nota

Nota denique hic tantum esse quæstionem de sensibili externo quod ad sensus externos refertur; nam de sensibili interno simul & de ipsis sensibus internis infra dicendum erit. His omnibus prænotatis.

Dicimus primo, Bene definiri sensibile, accidens materiale perfectivum sensitivi per intimam cum eo unionem. Dicitur primo accidens, ut distinguatur a substantia quæ per se non sentitur. Dicitur secundo materiale ut excludantur accidentia Spiritalia, v. g. Intellectus, voluntas, & hujusmodi alia quæ sensu non sunt perceptibilia; Dicitur tertio, perfectivum sensitivi; quia in organo producit aliquam perfectionem agendo in idem, & illud ipsum veluti informando; unde colligendum est sensus potentias esse passivas, & ita dici, quia ab objectis suis patiuntur, perfectionemque recipiunt. Dicitur ultimo, per intimam cum eo unionem, ut intelligatur tunc solum sensationem fieri cum sensibile unitur sensui, seu immediate, immediatione entitatis, ut si sensibile secundum entitatem suam in sensu reciperetur; vel immediate, immediatione virtutis & ratione specierum quas sensibile in sensum emittit; quomodo color distans videtur ab oculo.

Dico

Dico ſecundo, Hæ ſunt conditiones obiecti ſenſu externo perceptibilis; prima, ut ſit accidens; ſecunda, ut accidens iſtud ſit materiale; tertia, ut per intimam cum ſenſu unionem, eundem perficiat; quarta, ut ſingulare ſit, nam quicquid ſenſu percipitur, hoc aliquid eſt & digito demonſtrabile; quinta, ut ſit extenſum & diviſibile in partes quantas ab invicem diſtinguibiles, ſeu ſit iſta extentio ſucceſſiva, ſeu ſit permanens, continua, aut diſcreta; modo localis ſit, & externa, non interna tantum, nam quod extenſum eſt ſola interna extenſione ſub ſenſum non cadit.

Dicimus tertio ad aliam Capitis partem, quinque eſſe ſenſibilia in genere juxta quinarium ſenſuum externorum numerum qui circa ipſa ſenſibilia occupantur, tantam circa proprium & adæquatum obiectum, viſibile, audibile, odorabile, guſtabile, & tactile; iſta vero ſenſibilia ſeorſim conſiderata, ſubdividuntur in ſpecies inferiores: v. g. Viſibile in lumen & colorem, tactile in calorem frigus, humorem & ſiccitatem; & ſic de aliis: Hæc autem ſenſibilia ſunt particularia & propria. Unde,

Dico quarto, Senſibile commune eſt etiam quintuplex ex philoſopho, magnitudo,

nempe, figura, numerus, motus & quie
Sensibile autem commune dicitur, quo
secundario & ex consequenti sensibil
proprii plures sensus afficit; sic quan
tura mensæ per colorem visu apprehe
ditur, & per qualitates primas tactu perc
pitur.

Dicimus quinto, Sensibile commune n
facere differentiam circa immutatione
sensus quantum ad speciem agentem, s
solum quantum admodum actionis: Oc
lus enim uno eodemque intuitu, atq
adeo per unam & eandem speciem age
tem, album videt & extensum: At ve
si diversa esset species agens sensibilis pr
prii & sensibilis communis una posset
cipi in sensu sine alia sicque oculus vide
posset sensibile proprium, non visi sen
bili communi, puta videre coloratum, n
viso magno aut parvo, quod est cont
communem experientiam.

Dico sexto, Sensibile commune per su
speciem modificat solum sensibile prop
um: Ita ut illud determinet hoc vel i
modo percipiendum; sic color qui ex
indifferens est ut videatur magnus aut p
vus, movens aut quiescens ad alterutr
modorum istorum determinatur per se
sibile commune; fieri enim non potest
eadem species eodem modo consider
aliqu

liquid repreſentet quod nunc quieſcat, & nunc moveatur; debet ergo modificari & determinari quando percipitur ut quieſcens; modificatio autem iſta aliunde convenire non poteſt ſpeciei ſenſibilis proprii, quam a magnitudine, figura, numero, motu & quiete quæ ſunt communia ſenſibilia; cum hæc ſint per ſe ſatis manifeſta, ſit.

CAPUT V.

Utrum Senſus errare poſſit.

Senſus ſi aliquando errare poteſt circa ſenſibile, Maxime his tribus modis; primo in ratione generica, ut ſi auditus perciperet viſibile pro audibili; Secundo in ratione ſpecifica, ut ſi oculus rubrum pro nigro apprehenderet; Tertio in applicatione ſenſibilis ad ſubjectum ſuum, ut ſi ruborem in vitro exiſtentem apprehenderemus in pariete. Hoc poſito,

Dicimus primo, Circa ſenſibile commune in ratione generica conſideratum ſunſus errare poteſt, ut quando oculo horologii cuſpis apparet immota, quamvis ex hypotheſi moveatur. Item circa ſenſibile commune, ſenſus errare poteſt in ratione ſpecifica

ut quando sol quasi bipedalis oculo vide
tur. Item circa sensibile commune errat
etiam potest sensus in applicatione sensibi
lis ad Subjectum, ut cum sol in occasu
vel ortu suo quasi terræ contiguus appa
ret. Dico,

Dico secundo, Circa sensibile proprium i
ratione generica nunquam errat sensus, ne
errare potest; nullo quippe modo oculo
apparere potest id quod audibile est tan
tum sed sensus errare potest circa sensibile
proprium in ratione specifica; & de facto
aliquando oculo apparet nigrum, illud
quod rubrum est; gustu quoque nonnun
quam cibus tanquam amarus percipitur
etiam quando cum excellentia dulcis est;
Et iterum errare potest in applicatione sen
sibilis ad subjectum v. g. color existens
in medio, puta in vitro apparere intermino
& visu tanquam in pariete hærens appre
hendi potest.

Dicimus tertio, Error circa proprium ob
jectum, seu sensibile proprium contingit
in sensibus, ex tribus potissimum, primo
ex objecti nimia distantia, ut cum oculus
videns hominem de longe venientem, ip
sum ut vestibus nigris indutum apprehen
dit, cum vestibus rubris indutus sit; item
cum turrim quæ quadrata est, apprehen
dit rotundam; Secundo ex medio quod

non

non eſt uniforme, ut cum baculus partim in aere, partim in aqua poſitus, fractus ut curvus apprehenditur, cum defacto non ſit fractus ſed rectus; tertio ex læſo organo, ut quando aliquis febri laborans guſtat amara pro temperatis.

Objicies in univerſum contra precedentes concluſiones, ſenſus operatur pro ratione ſpecierum ſibi a ſenſibili objecto emiſſarum; ergo cum objecta eadem in ſe ſemper permaneant, & eaſdem proinde ſpecies ſemper emittant in ſenſum, ſenſus quoque ſemper eodem modo operatur ac apprehendit, & ex conſequentia ulteriori vel ſemper errat; vel nunquam errat.

Reſpondeo conceſſo antecedente, negatione conſequentis, quia ſicut verum eſt objecta ex ſe eaſdem ſemper ſpecies emittere, ita & verum eſt ſpecies illas non recipi ſemper eodem modo in ſenſu; tum quia ſæpe ob diſtantiam nimiam debilitantur; tum quia non eſt ſemper ejuſdem actionis medium; tum quia organum ſenſus non ſemper eodem modo diſponitur, unde neque ſpecies ſenſibiles eodem modo a ipſo recipiuntur, quia quod recipitur, ſequitur modum recipientis.

CAPUT VI.

Unde Senſus lædantur.

CErtiſſima conſtat experientia, ſenſu non nunquam lædi, & vitiis pluribu laborare ; læſionis autem iſtius diverſ ſunt cauſæ ; unde dico pro concluſione prima læſionis cauſa eſt ſenſibile excelle ſeu vehemens, hebeſcit enim viſus his qu excellentius lumen intuentur; teſtatur etia ſalenus quoſdem fuiſſe exeæcatos quo ſolem eclipſim patientem pertinacius pe ſpexiſſent ; accidit enim quia majus lu men ſpiritus viſuales diſſipat ; quibus de ficientibus viſus quoque deficiat neceſſ eſt ; ſonus ſimiliter vehementiſſimus aur obtundit propter magnam nimis aeris con motionem. Item adoratus læditur ador bus fragrantiſſimis propter nimium exhal tionis calorem quo qualitates olfactiles a ſumuntur, tactus autem & guſtus lædunt exuperantia qualitatum primarum ; un ſiquis acidum quid guſtaverit, vix dein ſapores ſuaves poteſt percipere ; ſimilit ſi quis ferrum candens aliquo caſu co trectaverit, ea parte amplius tangere n poteſt.

Secunda læſionis cauſa in ſenſu eſt lo gior objecti fruitio ; per illam enim diſſ pantu

ntur ſpiritus, ſine quibus ſenſatio nul-
eſt; tertia cauſa eſt alimenti tenuitas,
m deficiente alimento, deficiunt ſpiritus
d ſentiendum neceſſarii; unde qui pa-
m manducant, ægre vident, ut experi-
tia patet; quarta cauſa eſt longa ſenſa-
onis intermiſſio, nam intermiſſione iſta
ut ſpiritus recedant ab organo, quod
oinde ineptum relinquitur operationi ſi-
convenienti exercendæ; quinta cauſa
crebra perceptio objecti nimis exigui
l diſtantis; tunc ut objecti perceptio
t, facultatis ſenſitivæ magna contentio
t, & ex conſequenti multorum ſpiritu-
m conſumptio; ſexta denique læſionis
uſa, eſt viſcoſus humor in organo quem-
dmodum contingit, apparetque in catar-
o laborantibus.

CAPUT VII.

Utrum Homo, ſicut & animæ, ita & ſenſuum externorum excellentia, cæteris animalibus præſtet.

AD hanc quæſtionem dicimus hominem cæteribus animalibus ſenſuum exter-
orum excellentia antecellere; nec ob-
tat vulgare carmen

Nos Aper auditu, Linx visu, Simia gustu,
Vultur odoratu, præcellit Aranea tactu.

Nam simpliciter potest negari illud, aut secundum dicenda explicari; etenim nostra conclusio duobus modis potest explicari & intelligi, primo ita, ut, cum forte aliquod animal comparatum homini secundum aliquem sensum, puta Vultur secundum odoratum, eidem homini præstet, nihilominus homo nobilitate sensuum unicuique animali simpliciter sit anteponendus; eo quod animal illud quod hominem uno sensu superat, ab eodem homine multis aliis simul sensibus superatur; secundo ita, ut homo singulos habeat sensus excellentiores, quam cætera quæcunque animalia.

Manifestatur nostra conclusio in hypothesi, nam suppositio quod dicitur de Vulture, ipsum sentire cadaver ad quinquaginta millia, adeoque adoratu hominem superare; verum est tamen dicere quod homo sensibus Vulturi præstat; quia cum uno sensu Vultur hominem superet, pluribus simul sensibus puta tactu & gustu Vultur ab homine superatur; eadem ratio valet pro quibuscunque aliis animalibus comparatis ad hominem secundum sensus; nam quibuscunque tactu & gustu homo

ideo

ideo præstat, ut gustus sit quidem tactus, & tactus excellens sit secundum excellentiam & bonitatem complexionis seu temperaturæ quæ in homine est optima, quemadmodum patet ex eo quod cum materia sit propter formam seu corpus propter animam, hominis anima omnium formarum præstantissima est; & ex consequenti corpus ejus omnium viventium præstantissimum, optime complexionatum & temperatum sit necesse est.

Præterea satis manifestum consideranti patebit hominem etiam singulos habere sensus excellentiores quam cætera quæcunque animalia; quia homo non solum eis gustu & tactu antecellit, sed etiam visu, auditu, & odoratu, alia vincit animalia; visu quidem non quia percipiat objectum magis remotum, sed quia plures percipit rerum differentias, colorum mixtiones, & proportiones delectabiles, de quibus cætera animalia vix aliquid percipunt; auditu similiter, nam quamvis sonos etiam rerum sonabilium magis distantium percipiant alia animalia; sonorum tamen differentia, & compositiones non ita decernunt; odoratu vero homo cætera vincit animalia, nam cum sensus eo melior sit quo melius descernit objectum; homo autem optime omnium de odoribus discernit, se-

quitur

quitur ipsum cæteris odoratu præstare animalibus.

Sed ut occurras objectionibus quæ de odoratu præsertim fieri solent pro parte negativa; nota, quod dupliciter potest comparari odoratus hominis ad odores; uno modo ad odores ut sunt delectabiles vel contristabiles, atque adeo ad species odorum secundum se, non autem per comparationem ad alimentum comparari potest ejus odoratus; alio modo ad odores delectabiles vel contristabiles non secundum se spectatos & ut tales, sed per accidens, id est, per comparationem ad alimentum, & quatenus conjuncti sunt cum saporibus vel illis coordinantur in alimento. Primo modo homo præstat odoratu cæteris animalibus; Secundo vero modo multa animalia homini sunt anteponenda secundum odoratum: Dici nihilominus debet simpliciter, ut supra quod odoratu homo aliis animalibus antecellit, quia prius est considerare objectum odoratus per se, quam considerare odoratus objectum ratione alterius, scilicet, saporis, per accidens.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Ordine ſenſuum inter ſe.

DIco primo, Viſus omnium ſenſuum eſt nobiliſſimus; quod probatur primo ex parte organi ſeu oculi, cujus ſtructura & compoſitio omnino eſt mirabilis; ſecundo ex parte ſitus qui illi in anteriori eſt ſuperiorique animalis parte; tertio ex parte objecti quod non color tantum eſt, ſed lumen quoque qualitas omnium nobiliſſima, cœleſtibus ipſis conveniens; quarto ex parte modi operandi, viſio enim fit in inſtanti, & fertur in remotiſſima objecta, & quidem ad plura ſimul quamvis ſub ratione unius, nec ſolum ad ſublunaria, ſed ad cœleſtia quoque.

Dicimus ſecundo, Quod viſum ſequitur proxime auditus, cæteris præſtans ſenſibus; tum artificioſa ſui organi conſtructione; tum objecti præſtantia, ſiquidem verſatur circa ſonoram proportionem numerorum, ſeu harmoniam de qua muſica habetur; illius quoque finis nobiliſſimus eſt, ſcilicet, ſcientiarum adeptio, earumque non modo humanarum, verum etiam divinarum, nam ut Scriptura docet, ſides eſt

ex

ex auditu; præterea dicitur auditus, prudentiæ ſenſus, quia multarum rerum auditione hæc virtus potiſſimum comparatur; valet etiam auditus ad animos componendos, nam per harmoniam, ut ſacris legimus paginis David Sahulem hypocondriacum temperare ſolebat.

Dico tertio, Ad viſum & auditum, accedit odoratus, cujus actio fit per ſpecies, & ad diſtantia objecta; ſequitur guſtus qui tactum tanquam fundamentum ſupponit, & ſupra ipſum aliquid addit; ultimo igitur loco ponendus eſt tactus, ſenſuum omnium communiſſimus, maxime materialis, ſed maxime neceſſarius.

Objicies primo, Bonum eo melius, quo diffuſius; atqui tactus diffuſior eſt & communior quam quilibet ſenſus, imo præ cæteris neceſſarius, unde quibuſcunque animalibus tam perfectis quam imperfectis convenit; ergo omnium ſenſuum eſt nobiliſſimus.

Reſpondeo, Conceſſa majore, negando minorem, ad probationem dico bonum oculi, ſeu viſus diffuſius eſſe quam bonum tactus, non quidem ratione ſubjectorum inhæſionis, nam tactus in omnibus animalibus eſt, non viſus, ſed ratione objectorum, cum viſus circa plura & diffuſiva objecta verſetur, nempe circa ipſa cœleſtia omnia

&

& ſublunaria : Quod autem de viſu dicitur, de aliis ſenſibus, proportione ſervata dicendum eſt, quando ipſi cum tactu comparantur.

Objicies ſecundo, Ab Ariſtotele tactum nuncupari in homine exquiſitiſſimum. Reſpondeo, Ariſtotelem vocare tactum in homine exquiſitiſſimum, non comparando illum cum aliis ſenſibus ſecundum ſe ſumptis, ſed tantum cum tactu in animalibus cæteris exiſtente.

Objicies tertio, Ille ſenſus eſt omnium præſtantiſſimus qui facit magis ſcire; atqui ſenſus auditus eſt hujuſmodi, ut patet ex eo quod cæci nati, non ſurdi, ſunt ſapientiores ſurdis natis, non cæcis; patet etiam quia longe facilius eſt multa ex magiſtro addiſcere per auditum quam illa invenire per viſum. Ergo viſus non eſt omnium ſenſuum præſtantiſſimus, ſed auditus.

Reſpondeo, Diſtinguendo majorem; ſenſus eſt præſtantiſſimus qui facit magis ſcire per ſe & ex natura ſua, concedo majorem; qui facit magis ſcire per accidens, nego majorem propoſitionem; atqui ſenſus auditus facit magis ſcire, per accidens concedo, per ſe & ex natura ſua nego; quia auditus addiſcit quod facit non per ſe, ut fatentur, ſed tantum per accidens, de quo non eſt quæſtio; unde ſimpliciter neganda eſt conſequentia. Diſpu-

Disputatio secunda.

De Sensatione.

Hic in disputatione quæremus de sensatione quid sit, utrumve possit ipsa sentiri, id est, aliquo sensu percipi, item de Speciebus intentionalibus, an eæ sint admittendæ; quæ sit earum natura, quas quas constituat, causas, & officia habeant, videbimus.

CAPUT I.

Quid sit Sensatio.

DIco primo; Sensatio non est specierum intentionalium qualiscunque receptio, sed formaliter consistit in attentione, seu in actione & tendentia sensus ad suum objectum mediante specie sensibili. Primo quantum ad primam partem, qui qui oculis apertis dormiunt, vel qui vigilantes animum intendunt ad alia, recipiunt quidem species impressas ab objecto & tamen non vident; ergo sensatio non consistit in qualicunque specierum receptione

one; Secundò quantum ad secundam partem ex definitione; definitur enim sensatio actus vitalis sensitivæ facultatis circa objectum sensibile. Dicitur actus vitalis ut significetur eam non consistere præcisè in receptione specierum. Dicitur facultatis sensitivæ, ut insinuetur sensationem fieri non posse sine facultate vitali; additur circa objectum sensibile; ad distinctionem aliarum actionum vitalium, v. g. nutritionis, & augmentationis quæ circa quædam objecta determinata versantur, quemadmodum & sensatio, sed sub alia ratione quam quod sint sensibilia, seu sensu perceptibilia.

Objicies, Ex Aristotele passim sentire est quoddam pati: Objecta vero sunt effectiva sensationum; ergo sensatio passio est & receptio, non autem actio.

Respondeo, Aristotelem quibusdam in locis ita locutum esse; Quia sensatio, seu actio sensus circa objectum, non exercetur nisi interveniente specierum ab ipso objecto impressarum receptione; quamvis non crediderit sensationem in tali receptione consistere; nam e contra, *lib. 2. De Anima, textu 38.* Docet sensationem consistere formaliter in actione virtutis sensitivæ, asserit etiam quod sensibile facit sensum agere & operari; nec non vocat animam

mam ſenſationis cauſam efficientem; ex quibus omnibus ſole clarius eſt, eſtimaſſe Ariſtotelem ſenſationem actionem eſſe, non paſſionem tantum; quod ſi aliquando dicat ſenſum eſſe potentiam paſſivam, & objecta eſſe ſenſationum effectiva, benigne & ad mentem eſt explicandus, ita ut ex tali loquendi modo colligendum ſit ſolum, quod idem ſenſus eſt potentia paſſiva reſpectu objecti ſenſibilis externi a quo movetur ad agendum, & potentia operativa actione immanente quæ in ſe recipiatur.

Dicimus ſecundo, Senſationem non eſſe judicium proprie dictum, quaſi vero ſenſus actione ſua poſſit unum cum alio componere per affirmationem, vel unum ab alio dividere per negationem, ſolius enim eſt intellectus tale tamque perfectum proferre judicium; ſed eſt ſimplex objecti apprehenſio. Verum eſt tamen nonnunquam ſenſui, maxime interno, judicium tribui, ſed ſane metaphoricum tantum, quatenus ita diſcernere poteſt inter objecta, ut cognoſcat unum non eſſe aliud verbi gratia nigrum non eſſe album, vera & ſimplici apprehenſione citra affirmationem aut negationem in qua judicium, ut philoſophi volunt, conſiſtit; affirmatio vero aut negatio non ſunt; qualiſcunque compoſitio

unius

nius cum alio, divisio unius ab alio, sed mul sunt cognitio rationis, cur composi-io aut divisio sit, quod nulli sensui, eu externo, seu interno convenire po-est.

CAPUT II.

Utrum Sensus possit sentire sensationem suam.

SAtis manifestum est quod sensus exter-nus sensationem suam percipere non otest, v. g. oculus, suam videre visionem, & auris suam audire auditionem nequit; quia si sensus suam perciperet sensatio-nem, se supra ipsum reflecteret, quod po-entiis materialibus, quales sunt sensus externi non potest convenire; si igitur a-liquando philosophus dicat videre visum se vedere, aut quid hujusmodi; vel talia tantum dicit disputatione, & ex opinione aliquorum, non autem assertive & ex pro-pria sententia : Vel dicit visum videre se videre, & auditum auditionem audire, applicando nomina sensuum exteriorum sensui communi interno, ad quem termi-nantur sensuum externorum sensationes,

tanquam illius objectum quod percipit de quo judicat ſuo modo, ita ut ſenſ internus modo viſus, modo alius ſenſ externus appelletur; quando, ſcilicet, ſenſatione alicujus ſenſus dijudicat; pro ter intimam conjunctionem quam hab ſenſus internus ad externos, quibus ta quam miniſtris diverſorum ſenſibiliu diverſis etiam modis ſpecies referrentib ad judicium utitur. Unde,

Dicimus; Senſus internus cognoſcit ſen ſationes ſenſuum externorum; ratio e quia ipſa bruta ſicut & homines videns videre, ſentiunt ſeu percipiunt ſe audi & ſic de cæteris: Ergo viſio & auditi atque adeo ſenſatio eſt in illis objectu alicujus ſenſationis & ſenſus; non quide ſenſus externi ut jam dictum eſt: Erg ſenſus interni; unde ſequitur ſicut co cluſum eſt quod ſenſus internus cognoſc ſenſationes ſenſuum externorum.

Nunc vero dico nullum ſenſum agend percipere privationem ſui objecti; qui ſenſus agit tantum circa ſenſibile quo ſenſum immutat; atqui privatio ſenſibil objecti non eſt quid ſenſibile, nec poteſt im mutare ſenſum: Ergo ſenſus agendo circ ipſam privationem non percipit privatio nem ſui objecti.

Objicies, Oculus poteſt diſcernere lu

cem

em a tenebris ; Experimur enim quod lupus adeſt , ovis cito fugit ; quod ſi e contra abeſt, tuta manet : Ergo ſenſus agendo percipit abſentiam ſui objecti: Respondeo concedendo antecedens, negatione conſequentis ; quia quamvis animal ſenſu tum interno, tum externo inter objectum præſens & abſens diſcernit ; non tamen ita, quia illius privationem ſeu abſentiam agendo percipiat, de quo tamen quæſtio eſt, ſed tantum quia non ſentit, ſeu amplius non percipit ſenſu objectum ſuum ; agendo facultate ſenſitiva in ordine ad ipſum quatenus illud abſens, non amplius impreſſione ſuæ ſpeciei ſenſum movet.

CAPUT III.

Utrum ſint admittendæ ſpecies intentionales.

QUidam cum Empedocle & Platone docuerunt viſum (de aliis ſenſibus eſt par ratio) operari circa objectum non per receptionem ſpecierum ab ipſo objecto, ſed per emiſſionem quorumdam radiorum ab ipſo oculo in objectum ; e contra alii

opinati ſunt cum Epicuro & Democrito viſionem fieri per ſpecies ab objectis impreſſas; verum illas ponebant eſſe corpuſcula ab objectis in ſenſus defluxa; ſed hæc opinio ſtare non poteſt, nam hujuſmodi corpora vix recipi poſſent tum in aere medio, tum in organo ſine dimentionum penetratione, quicquid dicant adverſarii. Præterea vix ac ne vix quidem recta deferrentur ad ſenſum, quia pro ſua tenuitate in aere facile de uno loco in alterum ventis & tempeſtatibus voluerentur. Neque etiam corpuſcula hujuſmodi ab objecto prodirent ſine diminutione ſubſtantiæ ejus; vel etiam totali corruptione, ſi ſenſibile longe diſtaret a ſenſu; iſta autem omnia ipſis ſenſibus ſunt repugnantia. Unde,

Dico aliter dari accidentales ſpecies intentionales, ſed ſenſibus ab objectis impreſſas; ita philoſophus his libris cum profitetur ſentire eſſe quoddam pati, & ſenſum recipere ab objecto ſeu eſſe quarumdam formarum ſuſceptivum: nihil enim eſt cur ſenſus pati aut recipere ab objecto dicatur, niſi objectum aliquid imprimat in ipſum ſenſum, nempe, ſpeciem ſui accidentalem; quia ſenſus v. g. viſus eſt ex ſe indifferens ad hæc aut illa objecta percipienda; objectum ergo quod nunc videtur,

tur, ſenſum viſus determinare debet ut videat; ergo ulterius debet aliquid in illum imprimere quo ipſe determinetur: Iſtud autem quod imprimitur ab objecto, ſpecies quidem eſt non ſubſtantialis ut diximus, ſed accidentalis.

Præterea, oculus non videt ſeipſum, nec ea quæ a tergo ſunt. Quod ſi oculo ſpeculum objiciatur, ſtatim ſeipſum & quæ a tergo ſunt videbit, atqui hujus rei ratio alia eſſe non poteſt, niſi quia objecta ſui ſpeciem immittunt in ſpeculum, & ſpeculum eas reflectit in oculum: Ergo ut ſupra dantur ſpecies intentionales.

Præterea, multorum recordamur præteritorum quæ deſcribimus ut vidimus; atqui iſtud præſtari non poteſt niſi per ſpecies accidentales ſenſibilibus objectis impreſſas ſenſibus externis, & illis mediantibus ſenſui interno; ergo ut prius dantur accidentales ſpecies intentionales.

Objicies, Non poſſunt eſſe duo accidentia ejuſdem ſpeciei, ſeu ſolo numero diverſa in eodem ſubjecto: Atqui admiſſis ſpeciebus duorum alborum in oculo, in eodem ex conſequenti admittuntur duo accidentia ſolo numero diſtincta, nempe, duæ ſpecies quæ ab invicem realiter diſtinguuntur quomodo & objecta ipſa; ergo non

dantur ſpecies intentionales, ſeu illæ non ſunt admittendæ.

Reſpondeo, Accidentum duo eſſe genera; alia enim dicuntur homogenea, quorum eadem eſt habitudo, idemque effectus; verbi gratia, ut ſunt duo colores duæ quantitates; alia ſunt heterogenea, quæ quidem numero tantum diſtinguuntur, ſed nihilominus diverſas habent habitudines, diverſoſque formales effectus; hujuſmodi ſunt duæ ſpecies, duæ ſimilitudines duorum alborum; nam effectus & habitudo unius ſpeciei ad unum album, non eſt effectus & habitudo alterius ſpeciei ad alterum album. Hoc ita poſito, concedo majorem objectionis ſi ea intelligatur de accidentibus homogeneis; e contra nego eandem ſi de heterogeneis accidentibus ſit intelligenda.

CAPUT IV.

Quid ſit ſpecies intentionalis.

SPecies intentionalis ſic dicta quia per ipſam ſenſus tendit ad objectum, eſt qualitas quæ ad ſecundam ſpeciem, nimirum ad potentiam naturalem refertur; non quod revera ſit ipſamet potentia, ſed quod ad potentiam ſic pertineat, ut non poſſit

ossit naturaliter operari potentia sine oncurrente objecti specie intentiona-i.

Tam necessaria species illa definitur imilitudo objecti seu ejusdem imago per llud ipsum in sensu producta. Dicitur imilitudo, non quidem in natura, quasi it species ens ejusdem rationis cum objecto cujus est species, sed similitudo tantum ecundum representationem, & in ordine d actionem sensus; per speciem enim llam agit objectum sensibile quatenus movet determinatque potentiam ad sentiendum seu percipiendum; unde non nunquam definitur, qualitas objecti representativa quæ determinat, redditque facultatem proxime dispositam ad agendum circa idem objectum percipiendo ipsum.

Non prætermittendum est sine animadversione quod species aliquando vocatur principium vitale, non quod sit a principio vitali, nam producitur quoque ab objectis inanimatis; sed ideo præcise quod cum principio vitali, id est, potentia sensitiva concurrit, tanquam unum agens totale ad sensationem producendam: Quod in causa est cur a nonnullis species sic definiatur, potentia animæ sentientis ad sensationem circa sensibile exercendam necessaria.

CAPUT V.

De Quibuſdam affectionibus ſpeciei intentionalis.

Dicendum eſt primo, Quod ſpecies intentionales, quodammodo ſunt extenſæ & diviſibiles per accidens, i.e. per extenſionem & diviſionem ſubjecti in quo recipiuntur, puta organi & medii: at vero ſecundum ſe & ſuam propriam rationem non ſunt extenſæ aut diviſibiles, ſed indiviſibiles quemadmodum probatur per hoc quod in quacunque parte medii, v. g. aeris, eſt tota ſpecies ad repreſentationem, ita ut idem objectum totum videatur a diverſis, in diverſis medii partibus collocatis.

Dicimus ſecundo, Species intentionalis non eſt ipſum lumen, vel in medio, vel in organo exiſtens; cum enim lumen idem maneat in utroque ſubjecto; ſpecies e contra ſæpe diverſificatur, ſiquidem nunc album videmus, nunc nigrum in eodem medio, unde etiam non producitur ſpecies ab ipſo lumine propter eandem rationem.

Dico

Dico igitur tertio, Specics intentionalis producitur ab objectis v. g. a coloribus respectu visus, ratio est quia mutato objecto mutatur & species; unde sequitur quod species ab objecto pendet in ratione causæ efficientis, ita ut ab ipso producatur tum in medio, tum in organo, sicut calor ab igne, & lumen a sole efficiuntur in aere & corpore opaco in ipso existente.

Objicies, Colores non habent vim agendi, ergo ab illis nulla species producitur.

Respondeo distinguendo antecedens, Colores non habent vim agendi per quam producant sibi simile in natura immutando subjectum; concedo, non habent vim agendi per quam producant sibi simile secundum representationem sine immutatione subjecti, nego antecedens. Ut tamen hujus conclusionis veritas magis innotescat, sciendum est quod omnis forma in quantum hujusmodi, est principium agendi sibi simile: unde cum color, quædam sit forma virtutem habet producendi sui similitudinem in medio; sed est quoque observandum, quod cum ex formis una sit perfecta; alter imperfecta, ea quæ perfecta est forma, non tantum habet virtutem producendi sui similitudinem in susceptivo seu subjecto, sed præterea virtutem habet sufficien-

tem

CAPUT V.

De Quibuſdam affectionibus ſpeciei intentionalis.

DIcendum eſt primo, Quod ſpecies intentionales, quodammodo ſunt extenſæ & diviſibiles per accidens, i.e. per extenſionem & diviſionem ſubjecti in quo recipiuntur, puta organi & medii: at vero ſecundum ſe & ſuam propriam rationem non ſunt extenſæ aut diviſibiles, ſed indiviſibiles quemadmodum probatur per hoc quod in quacunque parte medii, v. g. aeris, eſt tota ſpecies ad repreſentationem, ita ut idem objectum totum videatur a diverſis, in diverſis medii partibus collocatis.

Dicimus ſecundo, Species intentionalis non eſt ipſum lumen, vel in medio, vel in organo exiſtens; cum enim lumen idem maneat in utroque ſubjecto; ſpecies e contra ſæpe diverſificatur, ſiquidem nunc album videmus, nunc nigrum in eodem medio, unde etiam non producitur ſpecies ab ipſo lumine propter eandem rationem.

Dicq

Dico igitur tertio, Species intentionalis producitur ab objectis v. g. a coloribus respectu visus, ratio est quia mutato objecto mutatur & species; unde sequitur quod species ab objecto pendet in ratione causæ efficientis, ita ut ab ipso producatur tum in medio, tum in organo, sicut calor ab igne, & lumen a sole efficiuntur in aere & corpore opaco in ipso existente.

Objicies, Colores non habent vim agendi, ergo ab illis nulla species producitur.

Respondeo distinguendo antecedens, Colores non habent vim agendi per quam producant sibi simile in natura immutando subjectum; concedo, non habent vim agendi per quam producant sibi simile secundum representationem sine immutatione subjecti, nego antecedens. Ut tamen hujus conclusionis veritas magis innotescat, sciendum est quod omnis forma in quantum hujusmodi, est principium agendi sibi simile: unde cum color, quædam sit forma virtutem habet producendi sui similitudinem in medio; sed est quoque observandum, quod cum ex formis una sit perfecta; alter imperfecta, ea quæ perfecta est forma, non tantum habet virtutem producendi sui similitudinem in susceptivo seu subjecto, sed præterea virtutem habet sufficien-

tem

tem ut ſuſceptivum faciat proprium ſimi lis formæ ſubjectum per ejus immutatio nem; ſic calor non tantum aliquam ſu ſimilitudinem producit in aere, ſed etiam calorem verum, aeremque per immuta tionem reddit calidum: forma vero im perfecta habet quidem virtutem producen di ſui ſimilitudinem in ſuſceptivo, puta i aere, ſed non virtutem ſic diſponend ſuſceptivum ut illud faciat aptum ſubje ctum ſimilis formæ per immutationem; ſi color producit quidem ſui ſimilitudinem in ſuſceptivo puta in aere & oculo, ſe non poteſt propter imperfectionem ſuæ formæ, vel aerem, vel oculum ſic immuta re, ut faciat eorum unum, aut alterum eſſe coloratum, vel proprium coloris ſubje ctum.

Dicimus tertio, Producuntur ſpecies in tentionales ab objectis in inſtanti ſicut lu men a ſole: ſcilicet, quia ſpecies intentiona les ſunt qualitates perfectivæ, quæ cum nul lam habeant qualitatem contrariam debel landam, vel in ſubjecto, vel in medio, ſtatim in ipſis recipiuntur & producuntur.

CAPUT

CAPUT VI.

Vtrum Species intentionales sint sensu perceptibiles.

DIco primo, Species objectarum non sunt sensibiles seu sensu perceptibiles; probatur conclusio nostra in sensu visus (de cæteris eadem est ratio) quicquid videmus, aut lumen est, aut color, seu luminosum aut coloratum; atqui species nec lumen sunt nec color, nec luminosæ, nec coloratæ: Ergo non sunt visibiles seu visu perceptibiles. Item species in oculo miscentur, objecta vero colorata, nigrum v. g. aut album non miscentur, cum e contra distincta videantur: ergo species objectorum non sunt sensibiles.

Dico secundo, Non species objectorum, sed ipsa objecta mediantibus speciebus sentiuntur, v. g. videntur in speculo; quia species quæ in speculo recipitur, sic in glacie recipitur ut locum mutare non possit, immota manente glacie; nec esse potest major quam ipsa speculi glacies: Atqui objectum quod in speculo videmus, nobis remotum a glacie apparet, nec non

mobile

mobile de loco in locum, ut si aliquis sp
culo oppositus accedat modo, & dein
recedat : In parva etiam speculi glac
objectum videmus maximum ; ergo no
species sed ipsum illis mediantibus videt
objectum, non quidem directa visione
nam objectum sui speciem non mittit direc
in oculum, sed per reflexionem quatenu
objecti species in speculo recepta ad ocu
lum usque nostrum reflectitur per specu
opacitatem.

Objicies primo, Non potest cognos
signatum incognito signo ; atqui species e
signum objecti : ergo objectum signatum
videri non potest specie non visa.

Respondeo, Signum aliud esse formale
& aliud instrumentale : signum formale
voco illud quod quocunque modo signa
tum representat, & est accidens aliquod
ab ipso signato productum : hoc modo ca
lor dicitur signum formale ignis : instru
mentale vero signum, res est aliqua aliam
rem diversæ omnino rationis significans, sic
hædera præ foribus appensa, signum est
instrumentale vini vænalis ; hoc posito di
co ad objectionem, speciem signum esse
formale non autem instrumentale objecti ;
& objectum cognosci per tale signum
quamvis signum ipsum non videatur ; quia
signum hujusmodi se habet tanquam forma

seu

eu principium cognoſcendi in ſenſu ; illud autem quod cognoſcitur, non debet e habere tanquam forma & principium ognoſcendi, ſed tanquam objectum ſeu inis ac terminus cognitionis ; iſtud autem pparet in luce quæ ingreditur compoſitionem oculi, nam quamvis ipſa ſit principium videndi & inſtrumentum formale viſionis, ſeu forma faciens oculum aptum d videndum, lux tamen iſta nunquam videtur ab oculo videntis.

Objicies ſecundo, Per quod unum quodque eſt illud, eſt magis tale : atqui per ſpecies intentionales, eſt aliquod ſenſibile, verbi gratia per ſpecies viſibiles, aliquid eſt viſibile ; ergo ſpecies ſunt ſenſibiles, ſeu ſenſu perceptibiles.

Reſpondeo, Diſtinguendo majorem, per quod unum quodque eſt illud, eſt magis tale, ſi ea quæ comparantur inter ſe ſint ejuſdem ordinis, concedo majorem ; ſi ſint diverſi ordinis, nego illam : unde conceſſa minore, nego conſequentiam, quia ſpecies ſenſibiles, & objectum ſenſibile cognoſcendum per illas non ſunt ejuſdem ordinis ſed diverſi ; illa enim ſunt in ordine principiorum cognoſcendi ; hoc vero eſt in ordine finium, ſeu objectorum cognitionis.

Quæres quomodo intelligendum ſit illud

lud axioma, ſenſibile ſupra ſenſum poſ-
tum non facit ſenſationem.

Varii varie reſpondent ad quæſitum.
Quidam enim contendunt dictum illud in-
telligendum eſſe tantum de ſenſario viſu
ſeu oculo quem putant ſine additione ſen-
ſum vocari per excellentiam hac ration
ducti, quod ſi immediate applicetur viſi
bile ſupra oculum nulla viſio objecti fit
in aliis vero ſenſibus ad ſenſationem ſen
ſorii contactus per ſenſibile intervenit, it
ut ſonus ad auditionem aures feriat; odo
res per exhalationem ad ſenſorium ſeu or
ganum ad odorationem tranſvolent; ſa
pores ſua entitate ſenſum guſtus ad guſta
tionem immutent; & tactile objectum ſu
etiam entitate organo tactus conjungi de
beat, ut ejus perceptio fiat.

Alii opinantur axioma iſtud non viſu
ſolum convenire, ſed etiam auditui & odo
ratui, hac ratione quod objecta ſenſibili
ſi applicentur immediate ſenſoriis ſeu or
ganis, ſenſum lædant; quæ autem ſen
ſum lædunt, dum percipiuntur, non propri
ſentiuntur; nec actio iſta ſenſuum circ
talia objecta, ſenſatio dici debet, ſed in
ſenſatio potius; nec ipſa objecta ſunt di
cenda ſenſibilia, ſed potius inſenſibilia
ſed eadem ratione, ut apparet, poteſt dic
tum illud cæteris convenire ſenſibus,

guſtu

gustui, nempe, & tactui quia nimirum eadem sensatione sensibile vehemens illis nocivum est & sine læsione ab illis non percipitur.

Verum etsi probabilitatem aliquam habeat prior expositio, & priori probabilior sit secunda, tertia tamen quæ posterior est, qua simpliciter dicitur axioma præfatum pertinere ad omnes sensus æqualiter, quia nullus eorum est qui percipiat objectum si illius contactus sit ad sensorium, mihi omnium est probatissima, licet in multis quoque sit falsa, si sensorii nomine (ut fieri solet) intelligatur proximum exterius organum sensus; v. g. pupilla respectu visus auris exterior, respectu auditus, nasus respectu odoratus, lingua, respectu gustus, & caro exterior respectu tactus: nam quemadmodum experientia patet ad contactum sapidi ad linguæ cuspidem sensatio sequitur; & ad carnis contactum per tactile, etiam fit ejus perceptio. Sed cum ista proprie organa non sint, seu sensoria, sed potius media per quæ debent tranferri species objectorum ad ultima sensoria in quibus sensatio fit, ut patebit ex dicendis infra de sensibus in particulari, adhærendum est tertiæ huic sententiæ, quare.

Dicimus tertio, Pro conclusione verum

esse

esse in universam de omnibus sensibus quod sensibile supra sensum positum non faci sensationem; quia sensibile non agit in sensum cujus objectum est, quomodo contrarium, in contrarium, aut dissimile in dissimile, aliquid corrumpendo aut alterando in sensu alteratione corruptiva, sed agit tantum perficiendo & alterando ipsum alteratione perfectiva, i.e. inducendo speciem sui, seu similitudinem citra abjectionem alicujus qualitatis qua antea perficeretur.

Iterum cum agat sensibile in sensum isto modo, id est, perficiendo illum seu inducendo in ipsum sui speciem; species illa non potest immediate recipi in sensu, adeo ut secundum suum esse physicum & realt per illam receptione qualitatis sensibilis, qualis est in sensibili objecto, sensus immutetur: nam sensus quilibet debet discernere inter quælibet singularia sensibilia quæ cadere possunt sub eundem sensum; atqui si sensus immediate reali specie recepta sensibilis objecti afficeretur, sic ut per illam physice & realiter immutaretur, recipiendo qualitatem illi quæ in objecto est similem, non posset inter singularia sensibilia discernere; quemadmodum si aliquo colore oculus sit affectus, non potest amplius alios colores discernere, ut experientia

ientia apparet in his qui per vitrum colo-atum alia conſpiciunt objecta, quibuſq; omnia videntur ejuſdem coloris cum vi-ro medio: ſimiliter ſi pravo ſapore lin-ua conſperſa fuerit, pravi quoque ap-arent omnes reliqui ſapores, par eſt ra-io de cæteris ſenſibus; ergo probatum elinquitur quod ſenſibile ſupra ſenſum ofitum non facit ſenſationem.

Diſputatio tertia.

De ſenſibus externis in particulari.

CAPUT I.

De objecto viſus.

Atis perſpicuum eſt quod nec color ſolus, nec lumen ſine colore eſt adæqua-um viſus objectum; Ideo,

Dico primo, quod utrumque ſimul, ſeu iſibile generatim quatenus lumen & colo-em complectitur, eſt adæquatum viſus bjectum; adeo ut nihil percipiatur ab culo niſi lumen & color, vel utrumque mul in colorato & illuminato quæ ſub iſibili continentur. Sed,

Notandum est, lumen esse primarium visus objectum, ut pote quod se solo & sine alterius ope visum terminare potest, quemadmodum patet in lucidis, non coloratis cujusmodi sunt cœlestia corpora. Quare,

Dicimus secundo, Colorem esse tantum objectum visus secundarium, quia non nisi per lumen percipitur; unde si in tenebris nonnunquam ligna putrida aut hujusmodi quidquam aliud videri possunt; non ita contingit per colorem, sed per lucem aliquam eis inexistentem, ex qua ea nobis sunt visibilia.

Præterea, ad videndos colores lumen requiritur, tum ex parte medii, tum ex parte organi, tum ex parte ipsiusmet coloris. Requiritur quidem lumen ex parte medii; quia lumen est motivum perspicui actus, id est, medii transparentis quatenus objectum oculum movere non posset, nisi per ipsum lumen in medio diffusum. De organo etiam patet; nam si quis oculos claudat, adeo ut non illuminentur, nequaquam objectum videbit. Idemque ostenditur de objecto colorato; nam experimur, quod tabella in eodem loco posita diversis temporibus secundum alias quas partes nobis melius magisque appareat quam secundum alias: Istius autem differentiæ origo alia non est, ut dicunt, quia

ajoris, vel monoris luminis dissimilitudo,
eu participatio. Ergo ad videndos colo-
es lumen requiritur, tum ex parte medii,
um ex parte organi, tum ex parte ipsius
oloris.

CAPUT II.

De Luminis quidditate & proprietatibus.

NOta ad sequentes conclusiones, quod
quamvis lucis, luminis, & splendo-
s eadem sit ratio formalis; illa tamen
iversa est materialiter considerata, & ex
rte diversorum subjectorum: ita ut
dem qualitas, lux dicatur in corpore lu-
do v. g. in sole; lumen in medio, verbi
atia in aere; & splendor in objecto il-
minato lucem illam reflectente, v. g. in
aricte. Hoc supposito,

Dico primo; Lumen non est substantia;
uia omnis substantia, vel corpus est, vel
piritus: atqui lumen non est corpus, alio-
ui produci non posset in aere sine dimen-
onum penetratione; siquidem aer nullos
abet poros, per quos lumen diffundi possit,
d continuissimus est; nec valet aeris

repreſſio aut condenſatio ; quia admiſſ
iſta repreſſione aut condenſatione aeri
ſequeretur quaſdam aeris partes lumin
proximas eſſe illuminatas, & quaſdam a
lias ejuſdem aeris, nempe, remotas, non it
eſſe luminoſas, ſedaliqua obſcuritate affe
ctas ; quod experientiæ communi eſt con
trarium ; præterea, corpus illud aere venti
agitato transferretur de loco in locum; & f
poſſet fieri, ut ſecundum ventorum exitu
partes aeris illuminatæ redderentur tene
broſæ, & ſic ſole lucescente multæ civitate
lumine privarentur ; quod omnibus abſur
dum videtur : neque etiam lumen ſpiritu
eſt ; quia nullus ſpiritus eſt ſenſibilis; lume
autem eſt ſenſibile, id eſt, ſenſu percep
tibile : Ergo, ut in onclufione lumen no
eſt ſubſtanttia ; Sed,

Dicimus ſecundo, Lumen eſſe qualit
tem ; quia lumen producitur a corpo
lucido, in diſtanti alio corpore, per med
um : atqui ſolis qualitatibus inter cæte
accidentia ſic preduci convenit ; ergo l
men eſt qualitas : ad tertiam autem qu
litatis ſpeciem, patibilem qualitate
revocari debet ; nam patibilis qualitas, c
qualitas inſtituta ad totius, cujus eſt, conſe
vationem, ornatum, & perfectionem, ut calo
naturalis & humidum radicale reſpec
animalis, & lumen reſpectu ſubſtantiaru

Sec

ſenſibilium, nam lumen ut ſic perficit, completque ſubſtantiam in eſſe ſuo ſimpliciter.

Dico tertio, Lumen ſic ſumptum & quatenus diſtinguitur a luce, diſinitur actus perſpicui, ut perſpicuum eſt. Dicitur primo, actus, id eſt, forma, ſcilicet, accidentalis, nequaquam ſubſtantialis: dicitur ſecundo, perſpicui, id eſt, tranſparentis medii, ſeu tranſlucidi, quod non tantum in ſuperficie, ſed in ſe toto lumen recipit: perſpicuum enim eſt duplex, unum tranſparens, ſeu diaphanum, id eſt, tranſlucidum, quod interminatum vocari ſolet & nomine perſpicui (ubi additio non fit) intelligitur, hoc autem perſpicuum medium eſt per quod a corpore lucido v. g. ſole in objectis diſtantibus producitur lumen: hujuſmodi eſt aer, aqua, & vitrum; aliud perſpicuum eſt non tranſparens, quod admixtam habet opacitatem, quodque propterea terminatum nuncupatur; hoc autem perſpicuum dicitur ſecundum quid & cum additione: hujuſmodi ſunt aſtra: iterum obſervandum eſt perſpicuum tranſparens interminatum eſſe duplex; nam aliud lucet lumine proprio, ut ignis extrinſecus elementaris; aliud vero lumine alieno ſolum, ut aer & aqua. Cum hoc ita ſit, perſpicuum hic ſumitur pro tranſparente quod lucet alieno

lumine, & quod medium est, quo oculus fertur in perspicuum terminatum; alioquin ista luminis definitio convenire posset lumini in aliis corporibus perspicuis terminatis existenti, ut astris, quæ admixtam opacitatem habent. Dicitur tertio, ut perspicuum est, id est, quatenus per illud lumen illuminatum actu medium oculus videre potest, ut removeantur aliæ qualitates quæ eidem perspicuo aliunde convenire possunt, per quas præcise & formaliter non efficitur actu perspicuum, id est pellucidum seu translucidum medium.

Dicimus quarto; Hæ sunt præcipuæ luminis proprietates; primo, qualitas hæc dicitur cœlestis, tum quia cœlestibus convenit est corporibus, tum quia a nullo contrario patitur, & quemadmodum cœlestia agit citissime, nec non ad remotissima quæque in instanti ex sua natura diffunditur, dic ex natura sua, nam si habeatur ratio subjectorum quantorum, seu quantitatem habentium, nec non motus localis quo lumen lumen fundens progreditur, successive quamvis per accidens tantum, perducitur & producitur in diversis locis; secundo, elementares qualitates eminenter complectitur, unde calefacit, exsiccat & liquefacit; tertio lumen omnia purgat quia est purissima qualitas; quarto lumen

qualita

qualitas & proprietas est valde immaterialis inter materiales qualitates, & multa quasi immaterialitèr penetrat; quinto, ex se sola visibilis est; sexto, illa qualitas sui speciem per medium obscurum emittit; quemadmodum experientia communi constat, siquidem astra noctu lucent & videntur medio, aere manente obscuro: unde quod supra dictum est, lumen requiri in medio ad visionem, intelligendum est de visione colorum qui sine lumine sunt invisibiles; septimo, igitur lumen omnia detegit, & sine lumine cuncta latent, etiam in mundo pulcherrima & excellentissima; octavo, omnibus proprie animalibus grata est ista qualitas, bubonibus tantum & noctuis, pauciscque admodum feris est invisa, & quidem per accidens tantum; eo quod sub lumine ab audientibus aliis ferocioribus quæ persequi valeant, deprehenduntur; nono, refringitur seu remittitur per admixtionem corporis, pellucidi quidem sed quod nonnihil densitatis habet, & reflectitur oppositione corporis opaci simpliciter; decimo, sui ipsius particeps facit quicquid ipsi proprius quoquomodo adhibetur; undecimo, immobilis aliis motum affert; duodecimo, demique omnia vitali colore renovat;

CAPUT III.

De Colore, quid ſit, & quomodo a lumine diſtinguatur.

NOtandum eſt primo, Colorem late ſumi pro eo omni quod viſum terminare poteſt: Hoc modo nubes, irides, aquæ & hujuſmodi res aliæ coloratæ dicuntur; nota ſecundo, colorem communiter ſic ſumptum dividi in apparentem & verum. Verus dicitur color, qui reſultat ex primarum qualitatum temperie, non ratione habita condenſationis & rarefactionis ſubjecti, quemadmodum patet in ligno, marmore, & aliis quæ diverſorum ſunt colorum, ſicut & diverſarum qualitatum primarum ſecundum temperiem, non ratione habita condenſationis, aut aliquo modo rarefactionis ſubjecti, ſeu majoris aut minoris condenſationis; apparens autem coloris dicitur, qui ex diverſo luminis aſpectu, refractione & reverberatione cum condenſatione & rarefactione ſubjecti producitur, qualis ille eſt qui in nubibus conſpicitur. Apparens autem nuncupatur, non quod nullam habeat entitatem, nam

ens

ens reale est, nempe, ipsum lumen aliqua opacitate obscuratum, sed talis dicitur respectu veri coloris, de quo potissimum hoc loco dicendum est. His notatis,

Dico primo, Verus color definitur ab *Aristotele secundo lib. De Anima textu* 66. Motivum perspicui actu, id est, translucidi ut lucidum est, quatenus color in illo & per illud suas emittit species. Color aliter etiam definitur, τὸ διαφανῆ ἐν σώματι ὡρισμένου πέρας, terminus perspicui in corpore definito seu terminato, id est, opaco: ultima illa definitione, color dicitur terminus, non quod revera illi conveniat terminare corpus, (hoc enim proprium est quantitati) sed ideo tantum, quod in superficie, seu in extrema quantitate color nobis apparet; dicitur secundo; in corpore definito, seu terminato, id est, opaco, ad distinctionem colorum apparentium, qui visum quidem aliquo modo terminare possunt, sed quorum subjectum non est simpliciter terminatum, seu opacum.

Dicimus secundo; Color est qualitas distincta realiter a lumine; quia lumen est actus perspicui cujuslibet, ut perspicuum est, conveniens perspicuo subjecto tum terminato seu opaco, tum interminato seu transparenti; color vero convenit solo perspicuo terminato seu opaco; præterea

lumen

lumen est actu visibile in interioribus quibuscunque partibus corporis perspicui terminati; color e contra tantum actu visibilis in extremis partibus terminati corporis, unde definitur in abstracto, extremitas corporis perspicui terminati; in interioribus autem partibus corporis terminati non est actu visibilis, sed solum potentia; ut omnibus manifestum relinquitur: demum lumen per se visibile est, color vero non nisi per lumen videtur; quia non potest sui speciem propagare per medium, quod non sit actu perspicuum; si autem medium actu perspicuum diffusione luminis. Unde ex his, ipsa luce clarius est lumen non esse colorem, sed hunc ab illo realiter distingui.

Objicies tamen, lumen movit perspicuum actu, ergo lumen est color, & sic non distinguitur ab illo.

Respondeo concedendo antecedens, negatione consequentis; quia lumen & color movent perspicuum diversis longe modis: Siquidem lumen perspicuum movet, illud constituendo formaliter in esse perspicui actu: Color vero perspicuum movet, non illud constituendo perspicuum, seu pellucidum, sed dum movet ipsum, supponit jam actu perspicuum esse: Unde lumen vere & realiter est actus perspi-

cui,

cui, & est in ipso perspicuo subjective, estque quasi color perspicui; secus vero color; non enim aer est coloratus, sed tantum speciem coloris recipit.

CAPUT IV.

De origine & speciebus colorum.

OBservandum est, Colores quoscunque apparentes distinguendos esse a veris; Deinde etiam ex apparentibus coloribus distinguendos esse eos, qui in subjecto terminato seu opaco conspiciuntur, ab illis, qui in interminato seu non simpliciter opaco videntur, quales sunt colores, qui in aere, nubibus, & aquis cernuntur. Hoc prænotato,

Dico primo, Apparentes colores in subjecto opaco oriuntur ex oppositione directa, vel reflexa, veri coloris lumine interveniente; ita ut, cum solis lumen directe fertur in verum coloratum, & ab illo statim reflectitur in quidpiam aliud, simul cum ipsius luminis reflexione species coloris directe illuminati in objectum aliud oppositum reverberetur.

Dicimus tamen secundo, Oriri posse colores apparentes in subjectis non simpliciter opacis

opacis ex ſola luminis irradiatione; quatenus hoc vel illo modo in corpus quadam opacitate & perſpicuitate permixtum reflectitur, vel refringitur; tales ſunt colores nubium & aquarum: in quibuſdam etiam hujuſmodi ſubjectis, quæ apparentibus coloribus afficiuntur aut tinguntur, cum irradiatione & reflexione concurrere poteſt vicinus color, quemadmodum ſæpe in vitro, aqua, & hujuſmodi aliis, contingit.

Nunc notandum eſt, ad ſequentem concluſionem de veris coloribus, inter veros colores, alios eſſe ſimpliciter ſimplices, alios vero ſecundum quid, tantum ſimplices, id eſt, compoſitos, ſi comparentur cum coloribus ſimpliciter ſimplicibus, & ſimplices, per comparationem ad alios magis compoſitos, qui oriuntur ex permixtione plurium ſimul colorum. Colores ſimpliciter ſimplices conveniunt elementis ſecundum extrinſecum aliquam rationem, & quatenus apta ſunt admixti compoſitionem; non autem ſecundum ſe præciſe, nam ſic elementa non ſunt colorata, cum nullo modo ſic ſint viſibilia; colores ſimplices ſecundum quid conveniunt corporibus mixtis, ſeu elementaribus, quæ nempe obtinent colorem ex diverſis mixtum, ſicut & ſunt temperamenti ex diverſis elemen-

elemenotrum qualitatibus mixti. Hoc poſito,

Dico tertio; Colores veri ſimpliciter ſimplices illi ſunt, qui (ut quidam loquuntur) extrinſecis elementis, id eſt, aptis admixti compoſitionem conveniunt, & naturales eorum qualitates reſpectu elementarium ſimplices conſequuntur; colores autem veri ſecundum quid ſimplices conſequuntur diverſam corporis mixti temperiem, ita ut pro diverſa qualitatum in illo primarum mixtione, diverſi etiam in eodem ſint colores; unde ſi in elementis iſtis extrinſecis haberentur, nulli viderentur colores his ſimiles, quos in quibuſvis corporibus deprehendimus; quia quæcunque illa quæ videmus corpora ex diverſis qualitatibus multorum elementorum mixta ſunt, & proinde colorem habent non ſimpliciter ſimplicem, ſed compoſitum.

Quantum ſpectat ad ſpecies colorum; dicimus colorum alium eſſe extremum, alium eſſe medium. Color extremus dicitur ille, qui cum alia ita pugnat, ut nec ipſe cum altero, nec alter cum ipſo ita pugnet: Hujuſmodi ſunt albedo & nigredo, illa viſum diſgregans, hæc vero congregans; colores medii ſunt in duplici differentia, etenim quidem fiunt ex commixtione

tione extremorum per eorundem alterationem; ut color fuscus, qui nihil aliud est, quam color niger remissus; similiter griscus color respectu coloris albi: Alii sunt colores medii, qui ex mixtione extremorum non fiunt, sed quia extremi non sunt, ideo solum medii nuncupantur: hujusmodi sunt viridis color, rubens, & alii permulti.

CAPUT V.

De Visione, quomodo fiat.

Supposito tanquam certo ex dictis, disputatione de sensatione in genere, visionem seu sensationem secundum visum actionem esse visivæ facultatis circa objectum visibile, hic inquirendum, aliud non supereſt, nisi quomodo visio fiat. Ad solutionem hujus quæstionis,

Dico primo, Visionem non fieri per extramissionem quorundam spirituum ab oculo in objectum, quia non est tanta vis in oculo ut secundum illam eos in objecta valde dissita emittere possit; præterea, visio fit in instanti; spiritus autem in instanti ferri non possunt ab oculo in objectum, quia motus localis, qui ista in emissione reperitur

reperitur neceſſario ſucceſſivus eſt. Præterea etiam, cum ſpiritus illi quædam ſint ſubſtantia corporea ſed tenuiſſima a ventis propellerentur, atque ita ipſis flantibus viſio recta non fieret.

Dicimus itaque ſecundo, Neque viſio fit per irradiationem, adeo ut oculus radios ex ſe emittat in objectum: nam præterquam non credibile eſt oculum irradiare poſſe ad tam multa & tam diſſita quæ ſimul videmus; non niſi garriendi cauſa ſuſtineri poteſt, radios ab oculis miſſos tam tenues, non ſolum ad Cœleſtia uſque quæ conſpicimus pertingere, ſed præterea ad oculos irradiantes reverberari, ut reverberatione iſta objectorum viſorum ſpecies ſeu ſimilitudines ad ſenſum refferant; cum valentiſſimi ſolares radii, neque tantum poſſint per terram reverberari, ſeu reflecti uſque ad mediam aeris regionem; cujus reverbarationis defectu iſta in aeris plaga viget frigus, & frigore vigente vapores elevati per calorem, paulatim ad priſtinam ſuam frigiditatem revocantur & condenſantur in nubes.

Dico tertio, Viſio fit per intromiſſionem ſpecierum ab objectis in ſenſum defluxarum, ſeu quatenus oculus recipit ſpecies intentionales ex ſe & in ſe ab objecto eductas ſicut explicatum eſt præcedenti diſputatione. Unde,

Dicimus

Dicimus quarto, Plura & diverſa numero vel etiam ſpecie ſubjecta una eademque viſione percipi poſſe, v. g. hoc nigrum & hoc album, chartam & attramentum in ſcriptione, quia iſta multa in una eademque ratione objecti viſibilis conveniunt, unde veluti ſpeciem unam totalem ex pluribus partialibus conflatam in oculum emittunt.

CAPUT VI.

De organo viſus.

NOtandum eſt, Nomen organi multifariam accipi apud Authores, ita ut apud aliquos, organi nomine, intelligatur non ſolum ſenſorium ſeu pars illa, in qua ſenſatio perficitur, verum etiam alia, in qua ſenſatio inchoatur tantum; & quidem hoc maxime notandum eſt: nam ex uſurpatione iſtius vocabuli in diverſa ſignificata, natæ ſunt inter Philoſophos multæ, graveſque altercationes de organis ſenſuum, quibus ſolvendis multum facit, ſi advertatur ad nominis multiplicem ſignificationem ſub qua poteſt uſurpari. Quod autem hic dicendum de organo viſus, cum proportione intelligendum erit de aliorum ſenſuum organis. Hoc notato

Dico

Dico primo, Oculi non ſunt organum vi-
us ultimum, hac ratione, quod in illis viſio
erficiatur, ſed organum illud, ſeu ſen-
orium, in quo viſio perficitur, ſunt nervi
ptici, ſeu viſivi ab oculis precedentes ad
erebrum ea parte qua circa cerebrum con-
nguntur & uniuntur.

Probatur concluſio experientia in ex-
mplo, quod affert *Ariſtoteles libro De ſen-
cap.* 5. eorum nempe, quibus aliquo vul-
ere circa tempora venæ & nervi, quibus
ontinuantur oculi, amputantur; in his enim
bito tenebræ fiunt per viſus amiſſionem.

Probatur ſecundo, ex unitate numerica
nſationis ſeu viſionis: Nam, ſi in oculis vi-
o perficeretur tanquam in principio viſivo,
ſenſorio præcipuo, non eſſet ratio, cur
on fieri unius objecti duplex viſio, ſeu cur
uod eſt ſimplex, duplex, non appa
ret; neque etiam reddi poſſet ra-
o (quod tamen indubitatum eſt) cur
arius duobus oculis idem objectum quam
no ſolo deprehenditur: Quibus omnibus
cile eſt reſpondere, ſi dicatur principium
ſus, ſeu organum in quo viſio perficitur eſſe
rvos opticos ea parte, quia circa cere-
rum uniuntur; tunc enim reſpondebitur,
uod ideo eſt una numero viſio, licet ſint
uo oculi, & per conſequens duæ pu-
illæ, & duo humores aquei pupillarum,

quia visio utriusque concurrit per quo dam nervos ad aliquod intrinsecum su organum quod est circa cerebrum.

Dico tamen secundo, Oculi igitur s organum visus proximum, sed hac rati ne tantum, quod in oculis visio inchoatu & visus utriusque oculi concurrit ad unu principium in quo visio perficitur, & co pletur.

Nota itaque ad majorem, Claritate imposterum nos usuros esse distinctio organi primi seu ultimi, seu intrinse & organi proximi seu extrinseci, ita per primum, seu ultimum, seu intrin cum intelligamus illud in quo sensa perficitur & per proximum organum extrinsecum intelligamus illud, in quo se satio inchoatur, quamvis in eo non perfici tur.

Juxta autem hanc distinctionem ul mum seu intrinsecum visus organum quo visio perficitur patet, ut dictum e esse nervos opticos ea parte, qua circa c rebrum uniuntur, organum vero pro mum extrinsecum, in quo visio inchoat esse oculum, qui quidem duplex inve tur in quolibet animali perfecto, scilic ut unus ab alio juvetur, deficientique a teri alter opituletur. Oculi vero part præcipuæ sunt tunicæ, humores, nervi & musculi.

Tunic

Tunicæ quatuor recenſentur, prima dicitur adnata, eſtque illa exterior cutis alba, quæ oculum cum capite conjungit, ſecunda vocatur cornea, ob ſimilitudinem quam cum cornu habet, ratione duritiei & tranſparentiæ; tertia uvea dici ſolet, quia folliculo uvæ ſimilis eſt, in cujus media parte foramen eſt, per quod fieri tranſmiſſionem ſpecierum atque edeo viſionem contingat; quarta demum appellatur aranea, quod ſit in modum telæ aranearum efficta.

Humores tres numerantur, primus dicitur aqueus, vel albuginens, quia, ut aiunt, ſpeciem aquæ, vel albuminis ovorum refert, et is medius eſt inter tunicam corneam & uveam conſtitutus; ſecundus, cryſtallinus vocatur, quia ſimilis cryſtallo eſt: humor iſte ex parte interiori tegitur aranea tunica, & ab exteriori, alio tertio humore qui vitreus dicitur; vitreus, inquam, quia in parte exteriori aliquatenus durus eſt, quaſi vitrum coctum, ſed tranſparens; in interiori vero parte, quaſi vitrum non coctum & liquidum.

Nervi duo ſunt præcipui, vel unus tantum diviſus in duos minores, qui ab anteriori cerebri parte deſcendunt in oculos per tranſverſum & in modum crucis.

Muſculi denique ſunt leviores nervi continuantes

tinuantes, tum pupillam visivo principi principali, id est, ubi nervi optici pr pe cerebrum adinvicem conjunguntur tum quoque ipsum oculum aliis partibu Ad hoc præterea necessarii sunt muscul ut oculum diversis modis moveant, & ci cumferant. Musculi illi, cum sint num ro plures, communiter septem recens tur.

Quantum ad externum illud vision organum, id est, oculum, facultas vide di potissimum residet in pupilla, seu humore crystallino, qui in illa continetur ita ut aliæ oculi partes sint per natura positæ in ministerium & conservatione illius; ut patet primo, ex eo, quod cu alicui violenter effodiuntur oculi, aqu illa crystallina statim fluit; secundo, & pr sertim ex eo quod ibi inchoatur visio, no perficitur quemadmodum dictum est: autem ita est, debet pupilla habere co ditiones medii, quod necessarium est pe spicuum esse seu diaphanum, alioqui spe cies intentionales ipso terminarentur, ne transmitti possent ad ultimum organum i quo sensatio seu visio perficitur. Cum ergo talis sit humor crystallinus in pupilla ut perspicicuus sit, & ad fluxum ejus vi sio fieri desinat, dicendum sicut statim su pra facultatem visivam magis in pupil

seu

eu in humore pupilla contento reſidere, uam in alia quavis oculi parte.

CAPUT VII.

De objecto auditus.

VIſum ſequitur auditus, cujus objectum ita eſt ſonus, ut a nullo alio ſenſu percipiatur, nihilque etiam aliud percipiat uditus quam ſonum, qui tamen non eſt otus proprie & formaliter; nam motus ſt quoddam ſenſibile commune, ſub plures ſenſus veniens, ſonus e contra eſt ſenbile proprium. Adde quod multa ſine ono moventur ut cœleſtia. Verum eſt amen, quod motus ſemper comitatur, adeo t, non fiat ſonus, niſi cum motu; ſi ergo aquando ſonus appellatur motus apud phiſophum, talis non dicitur formaliter, ſed auſaliter ſolum, id eſt, quia cauſatur a mou. Unde,

Dico promo, Sonus eſt qualitas ſucceſſiva apta percipi ſenſu auditus. Dicitur rimo, qualitas, quia ad nullum aliud genus aut prædicamentum revocari poteſt, t intuenti patebit. Dicitur ſecundo, ſucceſſiva, non quod tota ſoni ratio non perlpiatur ſimul, & in inſtanti, ſed tantum,

quia non habet esse diu permanens, fixu
& quiescens in subjecto, cum per motu
localem successive generetur, & in qu
dam immutatione consistat. Dicitur terti
apta percipi sensu auditus, ut distinguat
a motu, qui non modo ab auditu, sed
aliis quoque sensibus percipitur; item
intelligatur qualitatem istam patibilem
proprium, & adæquatum esse auditus o
jectum.

Dicimus itaque secundo, sonum duplic
ter fieri, primo ex collisione seu percus
one duorum corporum, inter quæ, aliu
quod mobile seu fluidum sit, intercipitu
secundo ex fractione unius corporis, a
corpore fluido interveniente ad replendu
locum, quem partes abinvicem fractio
separatæ desinunt; quemadmodum
panni, vel membranæ alicujus laceratio
contingit.

Tria igitur ad sonum conficiendum r
quirantur corpora, duo, nempe, quæ adi
vicem allidantur, vel quæ sint abinvice
fractione separata, & alterum pro medi
interveniens: illa æstimantur causa so
efficiens, istud vero materialis, utpot
cui sonus inhærere, tanquam subjecto su
creditur. Unde *Aristoteles lib. De sensu &*
sensibili, docet esse alicujus ad aliquid
aliquo, id est, percussi ad percussum, se

fra

fracti ad fractum in medio inter utrumque intercepto & compresso.

Præterea, ex parte corporum efficientium sonum, tales requiruntur conditiones; prima, ut sint dura, secunda, ut sint plana & polita, tertia, ut multum aeris in se contineant. Tot talesq; conditiones requiruntur; non quidem præcise ad sonum, sed maxime ad sonum perfectiorem seu excellentiorem. Ex parte autem corporis medii seu subjecti in quo sonus recipitur, requiritur, ut fusile sit, non durum aut solidum, unde aqua medium quidem soni est, sed minus aptum, aer autem; quia valde mobilis & tenuis, aptissimum est medium.

CAPUT VIII.

De auditione, quomodo fiat.

DIcimus pro conclusione, Non semper fieri sonum per realem aeris commotionem ab illa parte in qua sonus incipit fieri usque ad auditum, sed sæpissime tantum per specierum intentionalium propagationem a sonabili usque ad sensum: quemadmodum patet ex eo quod Mergites experiuntur se ex aquarum fundo sonos audire in aere, editos quamvis constet aerem

non penetrare aquam, ut ad illorum aures perveniat: potest tamen sonus aliquando ad aures realiter pervenire ex majori aeris commotione, sed ita semper auditionem fieri non est necessarium, utroque isto modo sonum audire, scilicet, per specierum intentionalium propagationem, & realem immutationem, his verbis solet explicari fieri intentionaliter, & fieri realiter.

Fit siquidem realiter sonus, quatenus pars aeris, primum mota, alias atque alias deinde movet usque ad sensum per varias inundationes seu circulos, quales videmus in aqua contingere, quando ex percussione ad lapidis jactum partes aquæ viciniores, deinde remotiores, & sic deinceps usque dum impressa primo moventi aquæ virtus omnino deficiat, invicem se movent; ita ut aqua sequens ultimo mota, sic moveatur, quod amplius movere non possit, sed mota tantum, non movens maneat: in istis enim aeris circumgirationibus sonus secundum suam entitatem multiplicatur. Veri simile igitur est sonum multiplicari posse usque ad auditum realiter, idest secundum entitatem Physicam, non tantum secundum speciem intentionalem, quando ipse vehemens est; & aer proxime ad aures commovetur; quamvis circa sonum nunquam agat auditus, nisi mediante specie intentionali

tionali ab eodem ſono ſibi impreſſa, cujus rei ratio eſt, quod aer internus, qui ad organum auditus pertinet circundatur, pelle ſeu meninga, quæ prohibet, ne aer ille localiter moveatur, niſi fortaſſe cum graviſſima ſenſorii læſione, aut totali corruptione, ut experientia patet.

Hic non eſt prætereunda Echo, quæ eſt ſonus reciprocus & reflexus, ex loco lævi, & concavo; etenim, quemadmodum lumen & ſpecies intentionales in corpus politum incidentes reflectuntur, ita etiam ſonus, ſi incidat in corpus æquale, leve & concavum, in quo non frangatur, reflectitur: Unde Echo generatur ex prioris ſoni ſpecie reflexa ad nos perveniente; quod pluribus vicibus fieri poteſt; ſi vox repercuſſa in alia loca concava continua ſemper incidat: unde in Olympiæ porticu eadem vox ſepties reddebatur referente *Plinio*, *nat. hiſt. l. 36. c. 15.*

CAPUT IX.

De organo auditus.

HUc revocanda eſt diſtinctio organi in proximum, ſeu immediatum, ſeu externum

ternum, & in primum seu remotum, seu internum, quæ sic distinctæ possunt ita usurpari, ut organum proximum seu externum simpliciter organum dicatur: organum vero primum seu internum, proprio nomine sensorium nuncupetur: hac posita distinctione, si sermo fit de proximo seu externo auditus organo.

Dico primo, Organum auditus situm est in auribus, quæ propter necessitatem, duæ sunt, in illis autem, duæ potissimum distinguuntur partes, exterior, videlicet, quam auriculum nuncupant, & interior, quam aurem dicunt. In auricula, duæ sunt partes; alia superior, quæ cartilaginosa est, & ala dicitur; alia inferior & magis carnosa, & lobus appellatur, in aure, multa quoque sunt distinguenda, nempe, primo meatus quamplures, secundo, tympanum; tertio, nervus auditorius, quarto, aer innatus; primus meatus foris obvius & patens, tortuosus sursumque elevatus terminatur tympano, quod est quædam membrana in modum araneæ telæ subtilis tensa, ut sonus ad auditum perveniat; membrana ista maxime continua & firma est, ne sonus vehementior vim auditivam obtundat, post tympanum secundus est meatus, quem Pelium vocant, in quo continetur aer quidam innatus, quem popterea in-

edificatum

edificatum & immobilem dicunt quamplures; isto in aere a multis creditur vis auditiva residere, sicut in humore crystallino visiva virtus. Sequitur tertius meatus, quem Labyrintum vocant; post eum, quartus alter apparet, simpliciter foramen dictus, in quo reperitur nervus auditorius a cerebro procedens in aurem utramq; per divisionem ejus in duos nervos minores, uti supra de nervo optico.

Quod si, Ubi sermo est de organo auditus, quæstio intelligatur de primo organo seu remoto, vel ut uno verbo dicam de sensorio in quo sensatio, id est, auditio perficitur.

Dico secundo, Organum seu sensorium auditus non est ille aer immobilis meninga incluſus, sed nervus auditorius; nec ille quidem secundum duas partes in quas dividitur, & per quas utramque aurem pertingit, sed secundum illam partem in qua nervi isti auditorii ab auribus procedentes ad cerebrum uniuntur, in unumque concurrunt: Ea enim parte auditio perficitur, cum in aere meninga incluſo & in extremitatibus nervi in duos minores divisi pro duabus auribus inchoetur tantum simili modo, qui supra de organo visus explicatus est.

Probatur

Probatur conclusio ex unitate numerica sensationis seu auditionis, quæ inchoatur per duas distinctas numero aures; cum enim distinctio numerica sensationis desumenda sit, non tantum ex unitate numerica objecti, ad quod sensatio est, sed etiam ex potentiæ unitate a qua est; sequeretur unius sensibilis, puta unius soni esse duplicem auditionem, si sensorium auditus esset prædictus aer meninga inclusus, vel nervus auditorius secundum duas illas partes in quas pro duabus auribus dividitur; ita ut auditio illa in parte perficeretur, istud autem experientiæ repugnat; nam sicut duplici oculo objectum simplex, simplex videtur, sic & duplici aure sonus simplex, simplex apprehenditur & auditur; unde sicut dictum est supra de visu, esse unam numero visionem, licet sint duæ pupillæ & duo oculi, cum ad aliquod unum principium concurrant; similiter licet sint duæ aures & duplex aer internus, erit tamen una numero auditio, quia ad unum principium concurrunt nervi auditorii, ubi a duabus auribus procedentes adinvicem prope cerebrum conjunguntur, & in unum coeunt.

Ex his omnibus facile est colligere sic fieri auditionem, ut sonus, vel realiter, vel intentionaliter tympanum percutiat seu moveat

moveat ex qua percuſſione ſequitur ſaltem intentionalis immutatio aeris innati, ad id juvante ſpirituum emiſſione, quæ fit per nervum auditorium ab ipſo cerebro.

CAPUT X.

De Objecto odoratus.

ODoratus excellentia viſui & auditui ſuccedit, cujus objectum primo pertingere neceſſe eſt, nam ex cognito odoratus objecto, facile erit colligere, quid ſit ipſa facultas odorativa, & actio odorandi ſeu olfaciendi.

Dicimus igitur primo; Objectum odoratus odor eſt, quemadmodum ſonus auditus objectum; qui quidem odor non eſt fumalis quædam evaporatio ex corpore odorifero in olfactus potentiam effluta, ſicut quibuſdam antiquis philoſophis viſum eſt; tum quia longius diffunditur odor quam quædam fumalis poteſt evaporatio; tum quia corpora odorabilia fumali iſta evaporatione minuerentur, vel totaliter etiam conſumerentur; nec forſan omnino reſoluta admotionem ſenſus ſufficerent, cum ſentiens maxime diſtat: Puta cum Vultur odorat cadaver ad quin-

quaginta

quaginta millia ; nam cum raritas ignis ſit omnium maxima, ſi cadaver in ignem reſolveretur, per tantum ſpatium diffundi & extendi non poſſet, maxime cum diffuſio iſta (ſi aliud non obſtet) æqualiter fiat per omnia loca circumcirca odorabile corpus.

Nolo tamen denegare aliquando aliquid e rebus odoratis effluere, exhalare, & per aerem diffundi ; nam experimur exhalationes odoriferas variis modis cerebrum afficere, ipſiuſque temperamentum alterare ; & aliquando re odorata ablata manet odor longo tempore in aere, quod per ſpecies ſolas fieri non poteſt, cum abſente objecto non maneant: Sed hoc noſtræ aſſertioni non repugnat, cum loquamur tantum de odore ſecundum ſe, quem odoratus immidiate percipit ; qui quidem non eſt exhalatio corporea, nec ſubſtantia eſſe poteſt, quicquid dicat ſalemus, nam ſenſus ſubſtantiam immediate non percipiunt, ſed tantum ejus accidentia & qualitates.

Dico ſecundo, Odor eſt qualitas ex primarum & ſecundarum etiam qualitatum conſurgens dominante ſicco & calido, olfactum movere apta.

Dicimus qualitatem exprimarum & ſecundarum qualitatem commixtione, conſurgentem

ſurgentem, quia odor aliquod ſapidum tanquam cauſam habet; nam omne inſipidum odore deſtituitur, ut patet in lapidibus, qui odore carent, quia ſapore deſtituuntur; unde eſt quod odor mixtis tantum corporibus convenit, quamvis non omnibus, ut patet de lapidibus; etenim non poteſt odor convenire elementis, cum ſint ſimplicia corpora, ſecundis qualitatibus deſtituta.

Odor itaque reſultat ex temperamento, mixtarum inter ſe primarum & ſecundarum qualitatum, ex quibus calor humorem decoquit, ut ſiccitas prædominetur humori; qui quidem humor non aqueus, ſed quodammodo aereus, ſicut nec ſiccitas terranea, ſed aliquo modo ignea eſſe debet, ne frigiditate aut humore nimio omnis odor retundatur, quia odor tam diu durat, quam diu ſiccitas cum aliquo ſapido humiditatem ſuperat.

Objicies, Sunt aquæ admodum odoriferæ, ut & alii liquores quibus olfactus ſummo opere movetur, quamvis in illis nulla ſit ſiccitas. Reſpondeo, in odoriferis liquoribus aliquas eſſe partes aliis ſicciores quamvis ſenſu non ſint perceptibiles, ſapido quodam affectas, in quibus odor reſidet, & a quibus per reliquum liquorem diffunditur.

Dico

Dico tertio, Duplex est accedium seu medium, per quod odor diffundi potest a corpore odorifero in odoratum, aqua, & aer; de aere nullum est dubium, cum odor alicujus cadaveris putridi per aerem ad nos diffundatur; de aqua probatur; quia pisces ex fluminis fundo escam prætentam non visam olfaciunt, diffunditur autem odor dupliciter per accedium, primo realiter, cùm substantia tennuiori a corpore odorabili exhalante, sicut contingit, cum thus incenditur. Secundo intentionaliter per speciem, quam sensus percipit & qua odoratur, ut patet de cadavere cujus odor speciem sui in aere producit, & mediante aere ad odoratus usque pertingit organum.

CAPUT XI.

De odoratione, & organo odoratus.

ODoratio, ut patet supra de sensatione, est actio odorativæ facultatis circa objectum odorabile; quoad odoratus organum varia fuit opinio apud Philosophos & Medicos, nam Salenus odoratum in anterioribus cerebri ventriculis fieri statuit; quidam Philosophi & Medici a cerebro

prope

rope oculorum cavitatem ad perforata arium offa duos cavales derivari obſer- arunt, quorum extremitates mammillis onge diſſimiles non videntur, quibus tan- uam proprio organo odores percipi aſſe- unt. Sed ſalva pace tantis viris.

Dicimus primo, Organum primum & ltimum odoratus, in quo ſenſatio odori- era perficitur, eſſe nervos in naribus dila- atos, ea parte, qua circa cerebrum conjun- guntnr & in unum concurrunt. Unde,

Dico ſecundo, Nares ſunt organum odo- atus proximum & extrinſecum, in quo enſatio inchoatur, non perficitur; etenim, ertum eſt per nares tantum odores recipi, uaſi per ſolas a natura vias, per quas odo- es ad olfactus organum ſeu ſenſorium de- ferrentur; non ita vero, ut in eis ſenſatio erficiretur; nam ſi naribus ſolis tribuenda eſſet talis facultas, quid obſtabit, quo minus naribus ſalvis ſemper adores percipiamus, um tamen teſtatur experientia, nares non emper olfacere, & ſi in eis nihil ſit vitii, t in coryza fieri ſolet.

Præterea, ſi in naribus perficeretur ol- factus, etiam ſine reſpiratione odores per- ciperemus; cum tamen quotidie experia- mur, etiam rerum fragrantiſſimarum nari- bus admotarum odores, nonniſi attracto ere percipi; unde patet perfectionem

sensationis odoriferæ esse in nervis nasorii ea parte, qua circa cerebrum uniuntur; e enim cerebrum multo commoveri cer quibusdam odoribus, eis alterari, & ten perari manifestum est.

CAPUT XII.

De gustu, & objecto ejus.

POst odoratum, ut tractenus de gust consentaneum est, cum diximus illum sequi debere in ordine quarto odoratum sed ut a nobis facile intelligatur sensus gustus, objecti naturam perpendamus.

Dico itaque primo, Objectum gustu sapor est, definiturque qualitas secund patibilis, producta vi caloris ex humid aqueo, sicco terrestri (non tamen simpli ci) immixto, apta movere gustum, ub humor aqueus prædominat terrestri sicci tati: Unde apparet saporem realiter dif ferre ab odore quod in sapore humiditas, in odore vero siccitas, non simplex tamen, prævalet.

Dicimus secundo, Gustum differre realiter a tactu, Objecto & organo; namob jectum tactus, ut videbis infra, sunt qualitates tangibiles,

gibiles, calidum, frigidum, ſiccum & humidum; guſtus vero ſapores, ſalvoque tactu, in lingua, ut patet, poteſt aboleri guſtus, quapropter organis omnino differunt; & licet in lingua ſit tactus, nihilominus tamen, non ubicunque eſt tactus, ibi eſt guſtus; cum tactus ſit per totum corpus, guſtus vero in lingua ſolum cujus caro rara, mollis, & ſpongioſa ad guſtum percipiendum apta eſt.

Dico tertio, Diverſa ſunt ſaporum genera; etenim alius eſt ſapor dulcis, alius acidus, alius acerbus, alius falſus, alius amarus, alius acutus; ſapor dulcis guſtui maxime gratus, oritur ex mixtione aquei humidi cum parte terreſtri a calore mediocri facta, qualis eſt in pane & lacte; ſapor acidus conſiſtit in materia tenui & ſubtili, ortumque habet a calore debile; talis eſt in aceto, & dimonum ſucco; ſapor acerbus, ut philoſophi loquuntur, conſtat materia craſſa, oriturque a majori frigore, caloreque imbeciliori eo acidi, ut in pomis nonnullis immaturis, & glandibus: falſus ſapor eſt in materia terreſtri, per quam humidum aqueum percolatur, ſed non totaliter ut patet in nitro & ſale; amarus ſapor majorem ſapore falſo calorem habet ſiccioremque materiam, magiſque terreſtrem, ut videre in rebus amaris ſiccis & ter-

restribus; acris denique seu acutus sapo a maximo colore oritur, & consistit in materia subtili, vi urendi, & exsiccandi prædita ut in pipere, & zingibere appareret.

CAPUT XIII.

De Organo Gustus.

Dicimus pro conclusione, Organum extrinsecum seu immediatum gustus esse in lingua per nervos qui ad illam ex cerebro procedunt. Dico præcise organum immediatum seu extrinsecum gustus esse in lingua per nervos, qui ad illam ex cerebro procedunt; ut insinuem carnem linguæ non esse organum gustus in quo sensatio seu gustatio fiat; quia animalia non sentiunt sensibilia supra sensum posita, quemadmodum dictum est, ubi de vulgari axiomate, sensibile supra sensum positum non facit sensationem; cum e contra animalia degustent ea quæ supra carnem linguæ apponuntur: unde relinquitur, quod caro linquæ non sit organum sensationis, sed tantum medium conjunctum per quod debent transmitti species saporum ad organum immediatum, id est,

d nervos in linquam ex cerebro deſcen-
lentes,& per nervos ad ultimum organum
eu ſenſorium in quo ſenſatio perficitur &
ompletur, quod eſt circa cor, cum guſtus
it quidam contactus, & tactus ſuum præ-
ipuum organum circa cor habeat ; quem-
dmodum ſtatim infra dicendum eſt : Un-
le patet guſtum fieri per ſpecies ſaporum
ntentionales, ſicut & aliis præcedentibus
ontingit ſenſibus.

CAPUT XIV.

De Objecto Tactus.

NUnc ad ultimum ſenſum, Tactum, nempe, deveniendum eſt, cujus objectum proprium,quatuor ſunt primæ qualitates, calor, frigus, humor, & ſiccitas, iſtud patet experientia, unde probatione non indiget iſta aſſertio.

Dubitari autem ſolet, Utrum molle, durum, grave, leve, viſcoſum, aridum, aſperum,lene,tenue,craſſum, dolor, & voluptas ſint tactilia ; tot dubia breviter ſolvuntur ſequentibus concluſionibus.

Dico igitur primo, Grave & leve non cadunt ſub ſenſum tactus, ut proprium ejus ſenſibile ; quia tanta vis eſt tactus, ut ſuum

objectum percipiat ſtatim atque imponitur ipſumque contingit : atqui manus, verb gratia, lapidem tangens ei ſuperpoſita gravem non ſentit ; neque etiam papyrum menſe ſubjectam levem experitur : ergo grave & leve non ſunt proprium tactu objectum.

Objicies, Si manus lapidi ſupponatur lapidis gravitas ſentitur : ergo gravitas e proprium tactus ſenſibile, ſeu objectum.

Reſpondeo, Contingere, ut dicitur, ſe percipi manu lapidis gravitatem, verum pe fatigationem tantum, aut compreſſionem ipſius manus, non autem per veram ſanſa tionem. Idem dicendum eſt de duro & molli, quæ non percipiuntur, niſi a ſenſ communi, quatenus is judicat aut cognoſ cit manum motu ſuo penetrare molle, du rum vero minime ; ad ſenſationem auter iſtam ſenſus interni, prærequiritur aliqui ſenſus externus, ut omnes fatentur ; ve etiam ſufficit viſus ut exprimantur in cere bro mollitiei aut duritiei ſpecies, cum qui bus agit ſenſus internus circa molle & du ruum.

Dicimus ſecundo, Neque etiam aridum & viſcoſum ſunt tactus objectum proprium. De viſcoſa patet ; nam tactus illud non percipit, niſi quatenus organum tangens retrahitur per viſcoſum cui agglutinatur ;

inde enim facile colligitur, quod tale corpus præcise tangendo, non cognoscitur; quid autem dicendum de arido, quod viscoso opponitur, planum est; siquidem contrariorum uno eademque est scientia.

Dico tertio, Asperum & lene, tenue & crassum non sunt sensibile proprium respectu tactus: ista enim ad figuram revocantur, vel etiam ipsamet sunt figura, quæ non proprium, sed commuue est sensibile: etsi ergo cum *Aristotele*, Philosophi prædicta nonnunquam inter sensibilia tactu resenseant; non inde sequitur, quod ista sint de proprio tactus objecto, sed tantum quod cum sint quædam sensibilia communia, tactu tamen sæpius & melius quam alio sensu percipiuntur, & eo præsertim mediante ad sensum internum per suas species deferruntur.

Dicimus quarto, Voluptas & dolor, proprie loquendo, tactu non sentiuntur: sed, ut conclusio intelligatur, nota voluptatem & dolorem sumi: vel stricte pro actione seu potius affectione appetitus sensitivi circa bonum aut malum; & sub ista acceptione, voluptatem & dolorem tactui non convenire liquidum est: vel late pro sensatione objecti convenientis aut disconvenientis; secundum quam acceptionem dici

poteſt, quod voluptas & dolor ſenſu tactu percipiantur ; non quidem præciſe, quatenus ſenſatio ſunt ſeu actio ſenſus, ſed ſolum quatenus ſunt convenientia, aut diſconvenientia quædam objecti quod ſentitur. Concludendum ergo, ut ſupra, objectum tactus proprium eſſe quatuor primas qualitates.

CAPUT XV.

Utrum qualitates in tangibili exiſtentes tactu percipiantur.

SEnſus quæſtionis eſt, utrum manus, quæ tingit aquam calidam, ſentiat calorem ipſius aquæ, vel potius alterum calorem in ſe productum ad ſolutionem dubii ?

Dico calorem in manu exiſtentem quem tangens in ſe percipit, non eſſe calorem aquæ calefactæ, ſed alterum in manu productum virtute caloris in aqua exiſtentis ; primo, quia accidens naturaliter tranſire non poteſt de ſubjecto in ſubjectum : atqui aqua & manus ſunt duo ſubjecta : ergo calor qui in manu eſt, & in manu ipſa in ſe percipitur, non eſt idem realiter cum calore in aqua exiſtente ; ſecundo, quia ſi calor qui in manu eſt exiſtens, eſſet idem ille qui in aqua exiſtit, tangens experiretur

calorem

calorem in ſua manu æque intenſum, atque intenſus eſt in aqua ſtatim ab initio ſenſationis, id eſt, ſtatim, atque aquam calidam tangere cœpit: atqui falſum conſequens & repugnans experientiæ ſecundum quam unicuique eſt cognitum, non ſtatim maximum calorem produci in manu, ſed ipſum intendi paulatim, & ſucceſſu temporis a remiſſiori gradu perduci ad intenſiorem, quamvis æqualis ſemper exiſtat calor in calefaciente v. g. in igne, in quo ex hypotheſi, non fit ex remiſſiori calor intenſior: ergo, ut ſupra, calor in manu exiſtens ad tactum aquæ calidæ non illius eſt calor, ſed illius virtute caloris in aqua exiſtentis productus.

Objicies, Niſi tactus, dum percipit calorem, qui eſt de objecto ejus, perciperet calorem ad ſe tranſeuntem, nunquam ſentiret; probatur, quia hæc eſt differentia ſenſus; tactus, videlicet, & guſtus ab aliis ſenſibus, quod in iſtis ſenſatio non fiat ſine immutatione reali, atqui immutatio realis eſſe non poteſt in tactu dum calorem percipit niſi tranſmiſſum calorem objecti recipiat: ergo tactus, dum percipit ſui objecti calorem, calorem ab objecto ad ſe tranſeuntem percipit.

Reſpondeo negando ſequelam objectionis & ad probationem ejus, dico primo etſi

etsi concedendum esset simpliciter tactum non fieri sine immutatione reali, falsum esse quod dicitur non fieri posse immutationem realem, nisi transeat calor de objecto ad sensum; imo asserendum esse fieri in sensu immutationem realem recipiendo realem calorem sed non transeuntem ab objecto, cum accidens non migret de subjecto, in subjectum, sed productum ab objecto sua virtute sensum immutante.

Dico tamen secundo, Distinguendam esse majorem probationis, qua dicitur hanc esse differentiam gustus & tactus ab aliis sensibus, quod in his non fiat sensatio sine immutatione reali, in aliis vero fiat sine immutatione tali: Nam sensationem non fieri sine immutatione reali in tactu aut gustu potest duplicitur intelligi; primo, ita ut quamvis qualitates sensibiles in sua natura & entitate non defferantur ad sensum pro sensatione elicienda, similes tamen in sensu producantur per virtutem objecti agentum eodem tempore, quo per species intentionales sensus percipit qualitates, quæ secundum esse suum reale, manent in objecto sensato, & sub hoc sensu, concedimus propositionem: Secundo; sensationem non fieri sine immutatione reali; potest sic intelligi, ut significetur peculiare

peculiare hoc esse gustui & tactui, ut non fiat in his sensatio recipiendo species intentionales, id est, objectorum representationes, sed recipiendo easdem numero objectorum qualitates, & sub hoc sensu falsa est major propositio objectionis:

Hæc negationis veritas patet, tum quia, sicut sæpe dictum est, accidens non migrat de subjecto in subjectum, tum quia, sæpe accidit, ut plus caloris sentiamus in manu, quam in ipsa sit, ut quando illam applicamus juxta magnum ignem, & ab illo subito removemus eam; nam remota manu exiguum sentimus calorem in manu ipsa; quod certe non ita contingeret, si magnus ille calor, quem manus igni juxta posita sentiebat, realiter ipsi inextitisset; nam cum in manu fuisset tanquam in proprio & naturali subjecto, in illo permanere potuisset; signum ergo est, cum non permaneat, quod magnus ille calor manu per immutationem realem non percipiebatur, sed per intentionalem tantum; unde concludendum, ut supra, quod tactus, quatenus tactus, non debet mutari realiter a tangibili, ut illud percipiat, sed tantum intentionaliter immissione representativæ qualitatis, quam communiter speciem intentionalem nuncupamus.

CAPUT

CAPUT XVI.

De Organo Tactus.

DIco primo, de organo tactus conſequenter ad ea quæ dicta ſunt de organis aliorum ſenſuum, carnem corporis exteriorem non eſſe organum primum ſeu ultimum in quo ſenſatio perfici debeat.

Probatur concluſio primo, Authoritate philoſophi ſecundo de anima textu 116. cum hoc loco docet ſenſibile ſupra ſenſorium non facere ſenſationem : Nam ſenſibile ſupra carnem poſitum facit ſenſationem ; unde ſaltem, ſecundum Ariſtotelem, caro exterior non eſt ſenſorium, ſeu organum ultimum, in quo ſenſatio tactus perfici debeat : Unde etiam, ſecundum philoſophum eodem libro ſupra citato, textu 110. caro ſe habet ad organum tactus, ſicut ſe habent aer & aqua ad organum viſus & auditus : atqui iſta ſe habent ad viſum & auditum tanquam medium tantum ; ergo etiam, caro ſe habet ad tactum ut medium tantum ; quamvis tamen medium ſit iſtud alterius rationis, ſcilicet, intrinſecum & conjunctum, aer vero & aqua reſpectu viſus & auditus medium ſit extrinſecum & ſeparatum. Proba-

Probatur ſecundo concluſio noſtra ratione; quia ſenſatio fit ſolum, ubi eſt ſenſorium: Atqui in nervis & membranis, carne carentibus, ſenſatio eſt: Ergo, caro non eſt ſenſorium tactus. Alioquin dicendum eſſet ſenſationem fiere ſine ſenſorio proprio, quod abſurdum eſt.

Dicimus igitur ſecundo, Organum ultimum ſeu ſenſorium tactus, eſt vel caro cordis, vel aliquid juxta cor, vel quid in corde; quia patet experientia, læſiones, quæ in partibus circa cor accidunt, eſſe valde ſenſibiles & doloroſas.

Sed ut multis occurram objectionibus multiplex eſt diſtinguendum organum tactus; nempe, ultimum ſeu intrinſecum, ſeu primum, ſeu præcipuum, quod eſt ipſum cor, vel quid in corde, vel juxta cor; ſecundum etiam intrinſecum minus præcipuum, quod eſt nervus interior & cerebrum; tertium vero extinſecum eſt immediatum, quod eſt caro, & quælibet pars alia mixta ſecundum æqualitatem ex qualitatibus tactilibus. Sequitur enim ex æqualitate illa qualitatum & harmonia, quod ſi ipſa diſſolvatur alicujus earum intenſione, immutatio quædam percipiatur per intrinſecum organum; quæ quidem perceptio, proprie eſt ipſa ſenſatio,

Disputatio quarta.

De Sensibus Internis.

Hac in disputione de numero sensuum internorum, & speciebus, per quas agunt, agemus, deinde affectiones videbimus sensus interni, & postea de facultate appetitiva & loco motrice loquemur.

CAPUT I.

Quotuplex sit sensus internus.

POst explicationem sensuum externorum ad internos accedendum est; nam circa sensibilia per externos sensus oblata versantur: hæc tamen inter sensus externos & internos præcipua est differentia; quod externi ab objecto externo immediate afficiuntur, interni vero, non ab objecto externo immediate, sed per sensus externos moventur. Unde sensus internus dicitur ille qui abstrahit a sensibilibus propriis.

De numero sensuum internorum maxima inter Philosophos est controversia, imo tanta, ut ex ea difficilimum sit se expedire;

dire; etenim multi opinantur, quatuor esse sensus internos sensum communem, memoriam, nempe, sensitivam, ut eam ab intellectuali distinguam, phantasiam, & cogitativam facultatem; alii existimant, tres tantum modo esse sensus interiores, sensum communem, phantasiam seu imaginativam, & memoriam; alii alio modo sensus internos numerant; sed in his rebus unusquisque sibi ipsi satisfaciat, quoad nos.

Dicimus unum tantum esse sensum internum, qui multas operationes exercet, & ex illis diversa sortitur nomina; eumque vocari sensum communem cum circa sensata præsentia versatur; phantasiam, cum circa eorum absentiam occupatur; imaginationem, cum circa non sensata seu sensu non percepta applicatur; estimativam, cum jam cognita inter se componit; & memoriam, cum in eo objectorum species conservantur.

Objicies, Lædi potest memoria imaginatione salva; similiter lædi potest phantasia, estimativa salva, præterea est in occipite memoria; phantasia cum imaginatione est in sincipite, & estimativa in medio: ergo sunt diversi sensus illi quorum diversæ sunt sedes.

Respondeo

Reſpondeo primo; unam eandemque facultatem lædi poſſe ſecundum alteram ſuarum actionum, quamvis ſecundum aliam illæſa maneat, quando facultas pluribus organis & diſpoſitionibus diverſis ad diverſas actiones opus habet, ſic oculus idem unum colorem facile percipere poteſt, licet alium ſuſtinere non poſſit, & in facultatibus animæ rationalis unus atque idem intellectus recte judicare nonnunquam poteſt, non autem bene ratiocinari, ſeu diſcurrere aut inferre.

Reſpondeo ſecundo, non eſſe diverſas ſedes memoriæ, phantaſiæ, & eſtimationis, ut ſupponitur in objectione, ſed eas ſimul commiſceri in uno & eodemcerebro, tanquam in ſuo immediato & proximo organo: dici tamen poteſt, memoriam in occipite reſidere, quatenus ea in parte cerebri meliores ſunt diſpoſitiones ad ſpecierum conſervationem, & expreſſionem, quam in quavis alia cerebri parte, de cæteris ſenſibus internis noſtro ſenſu intellectis, quibus diverſæ aſſignantur ſedes in cerebro, proportionaliter philoſophandum eſt.

CAPUT

CAPUT II.

Per quam ſpeciem agat ſenſus internus.

DIco primo, Senſus internus agit per ſpecies ſenſuum externorum circa idem objectum ſeu ſenſibile, quod ſenſus externi apprehendere poſſunt.

Hac concluſione ſignificatur, non dari ſenſum internum agentem, ſeu ſenſum internum non efformare ſpecies, per quas cognoſcit objectum ſenſibile ad præſentiam aliarum ſpecierum, quas emittit idem objectum in ſenſus externos; Sed imo per eaſdem ſpecies, quibus ſenſus externi objectum ſenſibile percipiunt exterius; per eaſdem, inquam, ſenſum internum percipere idem objectum interius.

Probatur etenim concluſio, Quia fruſtra fit per plura, quod æque bene fit per pauciora: Atqui æque bene, nam optime, poteſt fieri ſenſatio per internum ſenſum ex receptione ſpecierum tranſmiſſarum per ſenſus externos; ergo fruſtra fieret ſenſatio in ſenſu interno per ſpecies ſenſu-

um externorum, & alias ſpecies ab ipſo in terno ſenſu efformatas.

Probatur minor propoſitio, Quia ſpecies impreſſa ab objectis in ſenſibus externis, eſt multiplicativa ſui, ut patet ex eo quod in medio propagatur, & per medium in ſenſu exteriori: At vero nihil obſtat, quo minus eadem ratione in ſenſu etiam interno multiplicitur, ut ipſe conſequenter per illam ſentiat; ergo æque bene fieri poteſt ſenſatio per ſenſum internum ex receptione ſpecierum per ſenſus externos tranſmiſſarum ſine novarum efformatione ab illo.

Confirmatur concluſio ex Sancto Auguſtino, undecimo De Trinitate, ubi dicit quod ſenſus accipit ſpeciem ab eo corpore quod ſentimus ſeu ſenſu percipimus, & a ſenſu memoria, & a memoria acies cogitantis; ex quibus virbis manifeſtum eſt ſenſum internum eadem ſpecie percipere interius ſenſibile qua idem percipit exterius ſenſus externus.

Objicies, Ita habet ſenſus ad ſenſibilia, ſicut intellectus ad intelligibilia: Atqui intellectus eſt duplex, agens, videlicet, & poſſibilis, quorum ille ſpecies intelligibiles in actu facit, hic vero, (poſſibilis nempe intellectus) eaſdem recipit: Ergo & ſenſus quoque eſt duplex, unus agens, alter

alter patiens, quorum ille facit ſpecies ſenſibiles in actu, alter vero eaſdem recipit.

Reſpondeo primo, Argumentum non potius valere pro ſenſu interno quam pro externo, ſed communiter pro omni ſenſu, tam interno quam externo valere.

Reſpondeo igitur ſecundo, Senſum ſe habere ad ſenſibilia, ſicut intellectus ad intelligibilia, quantum ad hoc quod uterque eſt in potentia ad ſuum objectum, & eſt ſuſceptivus illius ſpecierum; ſed inter illos hanc eſſe diſparitatem, quod intellectus faciat ſpecies objecti eſſe actu intelligibiles, ſenſus vero ſpecies ſenſibiles non faciat actu eſſe ſenſibiles, ſed cum jam ſint tales, illas ſolum ut tales recipiat; & ideo appellatur potentia paſſiva comparative ad intellectum, qui potentia eſt etiam activa reſpectu ſpecierum quibus ad intelligendum utitur.

Ratio autem hujus diſparitatis eſt, quia ſenſibile, cum ſit quoddam materiale, & particulare, tam in ſenſum, quam in medium, non imprimit ſpeciem alterius generis, cum ſpecies in utroque ſit particularis & materialis; intellectus autem poſſibilis aut paſſibilis alterius generis ſpeciem, quam ſit in ſenſibus ſeu internis, ſeu externis, recipit: nam ſpecies univerſales

ac immateriales recipit; quamvis nonnunquam objectum quod intelligitur, non solum particulare, sed etiam materale sit: Unde in intelligibilibus intellectu agente ad intelligendum indigemus; non autem insensibilibus sensu agente ad sentiendum; nam omnes potentiæ sensitivæ sub hoc respectu sunt tantum passivæ.

Nota circa prædicta, Hoc, quod concluſum est, sensum internum, nempe, agere per species sensuum externorum, intelligendum esse de actione sensus interni circa objecta sansata, seu sensu percepta, aut per sensus externos cognita, non autem de actione sensus interni circa objecta non sensata, nam e contra,

Dicimus secundo, aliquas esse species in sensu interno, non ab objectis impressas, sed ab ipsa natura sensui insitas: Quia versatur sensus internus circa non sensata, id est, circa ea quæ non sunt, nec possunt esse sensibilia, seu sensu perceptibilia uno verbo quæ non possunt esse sensus externi objecta, verbi gratia, circa sensationem ipsiusmet externi sensus item circa amicitias & inimicitias: Atqui impossibile est, quod sensus internus species ab hujusmodi rebus tanquam ab objectis externis recipiat: Ergo, ut in conclusione quædam dantur species in sensu interno, non ab objectis impressæ, sed a natura sensui insitæ. CAPUT

CAPUT III.

De Quibuſdam ſenſus interni affectionibus. De memoria, reminiſcentia & ſomnio.

MEmoria quatenus ſumitur pro actu facultatis cognoſcitivæ rerum præteritarum, definitur cognitio rei alias cognitæ. Memoria ſic ſumpta non hominibus tantum ſed & brutis quoque convenit animalibus; ſiquidem experimur canes timere domum illam in qua verberibus excepti fuere, regredi; hæcque cognitio eſt ex ſpeciebus rerum cognitarum in cerebro aſſervatis.

Reminiſcentia eſt memoria, per inquiſitionem naturalem parte qua, is qui inquirit, recordatur beneficio ſpeciei rerum, jam alias ante cognitarum in ipſo permanentis, unde patet; quod quis denuo docetur aliquam ſcientiam cujus oblitus eſſet, non reminiſceretur amplius proprie loquendo; ſcilicet, quia illam non capeſceret per ſpeciem in ipſo perſeverantem, ſed per novas ſpecies ſibi de novo a præceptore inditas.

In hoc, ergo, reminiſcentia diſtinguitur a memoria, quod memoria caſu contingere poſſit & ex impræviſo, ſicut accidit cani fortuito tranſeunti ante locum in quo verberibus fuit exceptus: Reminiſcentia vero fiat, non niſi ex præviſione aliqua; ut, ſi recordari velles hodie, quod pariſiis diſceſſiſti, repeteris memoria omne tempus, & omnes actiones, ſaltem præcipuas, in quibus a diſceſſu verſatus es: Hinc alia apparet diſtinctio memoriæ ad reminiſcentiam, nimirum reminiſcentiæ plures ſunt recordationes, cum memoria ſit una ſimplex recordatio; & propterea, multi reminiſcentiam ſoli homini ratione utenti tribuunt; quia, cognitio iſta eſt veluti ſyllogiſmus & rationalis compoſitio, per quam unius ex alio recordamur; ſed, etſi multum affinitatis cum ſyllogiſmo habeat reminiſcentia, ab ipſo tamen diſcrepat, quod ea, ſine ulla affirmatione aut negatione ſit, ſed præciſe ex plurium ſpecierum, objectorumque concurſu & compoſitione.

Nunc, ut intelligatur quid ſit ſomnium, de quo hoc capite habemus dicendum, prædefiniendus eſt ſomnus, nam per ſomnum ſomnium evenit.

Dico igitur primo, Somnus eſt ſenſuum externorum ligatio, vel omnium, vel aliquorum. Aliter dicitur ſenſuum externorum

norum cessatio a functionibus externis: Ex hac definitione patet somnum, non esse aliquid reale, si formaliter sumatur, sed meram vigiliæ priuationem, quæ ex opposito definiri potest fruitio, seu usus sensuum externorum, vel aliter eorundem solutio & libertas.

Dicimus secundo, Somni causa efficiens est elevatio vaporum ad cerebrum: vapores enim frigiditate cerebri addensati obturant meatus, per quos spiritus sensuales, seu animales ab ipso cerebro in organa sensuum externorum deberent influere.

Dico tertio, Causus finalis somni est bonum animalis; nempe, per somnum restaurantur spiritus tum animales, tum naturales, tum vitales in supplementum eorum, quos labor & continua vigilia dispersit & consumpsit: durante enim somno, decoquitur alimentum in ventriculo multo perfectius quam alio tempore, quia tunc calor naturalis magis collectus existit; nimirum, quia alibi non occupatur: Sed sicut moderatus somnus, utilis, sic & nocivus est immoderatus per excessum, nam ex eo fiunt crassiores spiritus, ac proinde sensationes minus faciles & liberæ: Non vero solum immoderatus per excessum nocet somnus; verum etiam per defectum immoderatus; nam ex somno deficiente

ſpiritus attenuantur, ita ut non valeant ad perfectas actiones producendas; apparet etiam contingere nonnunquam, ut qui parum dormiunt, in fatuos evadant.

Cæterum, Somnus reſolvitur, vel naturaliter, vel violenter: Naturaliter, quando vapores reſolvunter paulatim, viaque redditur libera ſpiritibus animalibus, ut vivificent ſenſus externos; violenter autem, quando excellens ſenſibile quoddam maxime tangibile, vel audibile, ſpiritus ſopitos excitat, & vapores in conductibus ſpirituum contentos diſturbat; unde ſequitur ſenſatio.

Nunc ad ſomnium dicimus quarto, Illud eſſe cognitionem ſenſitivam ſenſus interni circa ſenſibile abſens, perinde atque ſi eſſet præſens in animalibus, quæ ſomno ſopita ſunt.

Somniorum autem cauſa efficiens vel mediata, vel immediata, eſt: Immediata ſomniorum cauſa eſſe ſenſus internus, ut patet, tum ex definitione ſtatim poſita, tum ex eo, quod experimur ſomnium nobis commune eſſe cum brutis animalibus, equis, canibus aliiſque omnibus, quæ perfecta ſunt animalibus, ita ut ad intellectum tanquam ad cauſam ſuam revocari non poſſit. Non repugnat

repugnat tamen intellectus operationem ſomniis commiſceri, imo contingit ita fieri in his, qui inter dormiendum verſus componunt, orationes declamitant, vel argumenta conficiunt; quæ omnes actiones ad rationem pertinent. Neque iſtud mirabile eſt, quaſi non ſit naturale; nam intellectus eſt potentia neceſſaria, quæ poſito hoc aut illo phantaſmate, id eſt, actione ſenſus interni circa quamdam rei imaginem ſtatim operatur ſecundum modum ſuum, efformando ſecundum illam ſenſibilem & materialem repreſentationem, aliam immaterialem ſpeciem, qua ſuo unitur objecto.

Mediata ſomniorum cauſa triplex aſſignatur, nempe, Deus, qui per ſe, vel per bonos Angelos ſomnia immittit, vel propter monitum, vel propter aliam rationem, quemadmodum teſtantur ſacræ ſcripturæ de ſomniis Joſeph, Magorum, & permultorum aliorum: Unde hæc ſomnia dicuntur divina: Secundo diabolus ſomniorum cauſa eſt etiam mediata, cum, nempe, aliquando nobis illudit falſis phantaſmatibus, ut intentationes varias inducat: Hujuſmodi fuit ſomnium uxoris pilati, ut volunt *Cyprianus Serm. De paſſione, Bernardus Serm. Primo de Paſchate, & Lyranus*: Nam ut videtur, *Math.* 27. 19. habuit terrifica

terrifica ſomnia & minitantia ſibi & marito, ſi Jeſum innocentem condemnaret, quæ, ut colligi poteſt, ad Diabolo jam Ieſum agnoſcente immiſſa ſunt, ut ejus necem impediret, ne per eam homines ſalvarentur; unde Rabanus, intelligens diabolus, inquit, ſe per Chriſtum ſpolia amiſſurum, vult per mulierem eum liberare: Iſta ſomnia diabolica aut dæmoniaca nuncupantur. Tertio denique mediata ſomniorum cauſa ſunt ipſæ cauſæ naturales, nempe objecta, quorum ſpecies in cerebro continentur, tum etiam humorum complexio & temperies, a quibus objectorum ſpecies commoventur & excitantur: Hinc dicunt melancholicos triſtia ſomniare, ut occiſiones, ſupplicia, & caligines; bilioſos rixas & cædes pituitoſos, natationes & potus aquarum; ſanguineos demum lætitiam, ludos & veneres: Adeo ut ex ſomniis probabiliter conjici poſſit de humore in quolibet prædominante.

Cæterum inter dormiendum ſæpe ſomniamus de his, quæ vigilantes jam pridem non advertimus; quia cum ſenſus internus ſit facultas neceſſaria, quæ ex aſpectu ſpecierum in ſe olim productarum & ſervatarum neſſario operatur nunc & nunc, illæ ſpecies magna cum confuſione præferuntur, ſecundum quod vapores excitantur, turbantur,

pantur, & diſperguntur circa cerebrum, cujus concavitas organum eſt immediatum ſenſus interni quatenus communis eſt; (nam ultimum ſenſus interni, ſeu ſit communis, ſeu phantaſia, ſeu eſtimativa, ſeu memoria ſit, organum, in corde eſt in quo ſenſatio perficitur) iſta enim in agitatione unus vapor alium pellit, ita ut detegantur ſpecies quæ diu latuerant, & ſtatim tegantur, nimirum, cum alius vapor craſſus ſubtiliorem alterum qui præcedentem expulerat repellit.

CAPUT IV.

De Facultate appetitiva & Loco motrice potentia.

DIco pro concluſione prima;

Appetitus ſentiens definitur facultas animæ ſenſitivæ, qua anima bonum ſenſibus præcognitum proſequitur. Omiſſis itaque quibuſdam non neceſſariis;

Quæres; utrum appetitus ſenſitivus ſit una ſimplex potentia vel duplex? Ad quod Reſpondeo, appetitum ſenſitivum eſſe unam quidem genere potentiam, quæ communi

muni nomine ſenſualitas appellari poteſt, ſed eſſe duplicem in ſpecie, & appetitum ſenſitivum dividi tanquam in ſuas ſpecies realiter ab invicem diſtinctas, in concupiſcibilem, & irraſcibilem, quarum prima, ad convenientia animalis ſecundum ſenſum, ſecunda vero, ad impugnantiam eorum, quæ nocumenta inferunt, exiſtit.

Probatur concluſio reſponſiva; quia illæ potentiæ realiter abinvicem diſtinctæ ſunt, quæ ſunt per actus diverſos ad diverſa objecta formalia: atqui concupiſcibilis & irraſcibilis ſunt per actus diverſos ad diverſa objecta formalia: ergo, diſtinguuntur ab invicem, probatur minor; quia actus irraſcibilis aliquando eſt alicujus quod non eſt conveniens ſecundum delectationem ſenſus, ſed ſecundum quod utile eſt animali ad ſuam defenſionem: tum quia, illæ potentiæ ſunt diſtinctæ, quarum actus poſſunt eſſe ſimul contrarii ex contrariis paſſionibus: atqui actus & paſſiones concupiſcibilis & irraſcibilis ſunt hujuſmodi, ut patet, ex eo quod interdum anima triſtibus ſe ingerit contra inclinationem concupiſcibilis, ut ſecundum inclinationem irraſcibilis contraria impugnet: unde etiam patet paſſiones irraſcibiles repugnare paſſionibus concupiſcibilis, quia concupiſcentia accenſa minuit iram, & ira accenſa minuit concupiſcentiam.

Ad

Ad clariorem hujus veritatis explicationem dicendum conveniens & nocivum, quatenus conveniens & nocivum ſimpliciter pertinere ad concupiſcibilem, ſed eadem pertinere ad irraſcibilem, non quatenus ſunt ſimpliciter conveniens aliquid & nocivum, ſed conveniens cum difficultate obtinendum, & nocivum cum labore & negotio difficili propellendum, ita ut eadem materialiter ſumpta ad diverſas pertineant facultates pro diverſis rationibus, ſub quibus poſſunt conſiderari: verbi gratia, bonum & malum, conveniens & nocivum pertinent ad eaſdem potentias, concupiſcibilem & irraſcibilem, ſed ad illam ſub ratione boni & mali, convenientis & nocivi ſimpliciter, ad hanc vero ſub ratione convenientis & nocivi, ardui & difficilis; ita ut ratio ardui & difficilis ſit ratio formalis, ſub qua, irraſcibilis in ſuum fertur objectum. Unde,

Patet reſponſiva veritas noſtræ aſſertionis; nam non dicitur a nobis concupiſcibilem & irraſcibilem eſſe potentias diſtinctas, quod una ſit ad conveniens tantum, altera ad nocivum; ſed imo fatemur unam eandemque potentiam eſſe ad contraria, ut objici poteſt, & dicimus tantum iſtas potentias inter ſe differre, quia una eſt ad bonum aut malum ſimpliciter, altera vero

ad

muni nomine ſenſualitas appellari poteſt, ſed eſſe duplicem in ſpecie, & appetitum ſenſitivum dividi tanquam in ſuas ſpecies realiter ab invicem diſtinctas, in concupiſcibilem, & irraſcibilem, quarum prima, ad convenientia animalis ſecundum ſenſum, ſecunda vero, ad impugnantiam eorum, quæ nocumenta inferunt, exiſtit.

Probatur concluſio reſponſiva; quia illæ potentiæ realiter abinvicem diſtinctæ ſunt, quæ ſunt per actus diverſos ad diverſa objecta formalia: atqui concupiſcibilis & irraſcibilis ſunt per actus diverſos ad diverſa objecta formalia: ergo, diſtinguuntur ab invicem, probatur minor; quia actus irraſcibilis aliquando eſt alicujus quod non eſt conveniens ſecundum delectationem ſenſus, ſed ſecundum quod utile eſt animali ad ſuam defenſionem: tum quia, illæ potentiæ ſunt diſtinctæ, quarum actus poſſunt eſſe ſimul contrarii ex contrariis paſſionibus: atqui actus & paſſiones concupiſcibilis & irraſcibilis ſunt hujuſmodi, ut patet, ex eo quod interdum anima triſtibus ſe ingerit contra inclinationem concupiſcibilis, ut ſecundum inclinationem irraſcibilis contraria impugnet: unde etiam patet paſſiones irraſcibiles repugnare paſſionibus concupiſcibilis, quia concupiſcentia accenſa minuit iram, & ira accenſa minuit concupiſcentiam.

Ad

Ad clariorem hujus veritatis explicationem dicendum conveniens & nocivum, quatenus conveniens & nocivum ſimpliciter pertinere ad concupiſcibilem, ſed eadem pertinere ad irraſcibilem, non quatenus ſunt ſimpliciter conveniens aliquid & nocivum, ſed conveniens cum difficultate obtinendum, & nocivum cum labore & negotio difficili propellendum, ita ut eadem materialiter ſumpta ad diverſas pertineant facultates pro diverſis rationibus, ſub quibus poſſunt conſiderari: verbi gratia, bonum & malum, conveniens & nocivum pertinent ad eaſdem potentias, concupiſcibilem & irraſcibilem, ſed ad illam ſub ratione boni & mali, convenientis & nocivi ſimpliciter, ad hanc vero ſub ratione convenientis & nocivi, ardui & difficilis; ita ut ratio ardui & difficilis ſit ratio formalis, ſub qua, irraſcibilis in ſuum fertur objectum. Unde,

Patet reſponſiva veritas noſtræ aſſertionis; nam non dicitur a nobis concupiſcibilem & irraſcibilem eſſe potentias diſtinctas, quod una ſit ad conveniens tantum, altera ad nocivum; ſed imo fatemur unam eandemque potentiam eſſe ad contraria, ut objici poteſt, & dicimus tantum iſtas potentias inter ſe differre, quia una eſt ad bonum aut malum ſimpliciter, altera vero

ad

ad bonum & malum quidem, ſed præterea ſub ratione ardui aut difficilis, unde probata manet diſtinctio realis appetitus irraſcibilis ab appetitu concupiſcibili. Jam ad facultatem loco motricem progrediendum eſt, nam appetitum in animali mox ſequitur motus, facultatis loco motricis effectus, quo animal pro libitu, vel ſe totum, vel aliquam ſui partem de loco in locum movet ad utilia inveſtiganda & noxia vitanda, hæc facultas animali omnino eſt neceſſaria: etenim niſi potentiam ea exequendi quæ cupit haberet, appetitus, ut patet, animali fruſta eſſet conceſſus, quod naturæ tribuendum non eſt: hoc itaque ſuppoſitio tanquam certo.

Dicimus ſecundo, Potentiam loco motivam, quæ eſt cauſa motus progreſſivi animalis, eſſe triplicem, dirigentem nempe, imperantem, & exequentem.

Potentia loco motiva, ut dirigens motum, attribuitur tum phantaſiæ, tum eſtimativæ: nam cum animal progreſſive tantum moveatur propter imaginatum & deſideratum phantaſia oſtendit formas ſenſibiles, eſtimativa vero intentiones propter quas res ſunt vel appetendæ, vel fugiendæ.

Loco motiva potentia motum imperans attribuitur irraſcibili & concupiſcibili appetitui;

petitui ; concupiſcibili ſcilicet, in quantum imperatur motus, ut animal approprinquetur ad ea quæ videntur neceſſaria, aut utilia, aut jucunda ; irraſcibili vero, in quantum imperatur motus ad repellendum id quod putatur nocivum, vel corrumpens.

Potentia loco motiva, Ut motum exequens, a prædictis & aliis omnibus animæ potentiis realiter diſtincta, eſt vis in muſculis, & nervis exiſtens tanquam in proprio & ſuo immediato organo, derivata a virtute motiva naturali quæ in corde tanquam in ultimo, principalique motivo exiſtit. Hoc ſatis patet ex dictis paſſim de diſtinctione aliarum animæ potentiarum : Nam, quæ pro diſtinctione earum manifeſtanda, dicta ſunt, leviori ſtudio per unumquemque ad quæſtionis deciſionem poſſunt revocari.

Pars quarta & ultima

Hujus tractatus de anima rationali, ejusque facultatibus, unica disputatione comprehensa.

CAPUT I.

De Anima rationali secundum se.

ANima rationalis secundum se sumpta, & secundum entitatem suam considerata, duobus modis usurpari potest, Primo, quatenus est actus corporis & in corpore degit juxta quam considerationem ad physicum spectat, sicut & ad præsentem institutionem : Secundo, quatenus est, a corpore separata, & de illa, ut sic præsertim dicunt metaphysici. Quod igitur ad nos spectat,

Dicimus pro conclusione, Animam rationalem esse actum corporis organici naturalis

ralis primum, poteſtate vitam habentis, quo illud ipſum vivit, ſentit, & intelligit: Ita ut, iſta animæ rationalis definitio non ſit intelligenda disjunctive, ut capite ſecundo primæ partis, *De anima in communi*, diximus; ſed conjunctive, quia, iſta anima eſt principium vitæ ſeu vegetationis, ſenſationis, & intellectionis in animato rationali; etenim iſta anima eminenter continet alias inferiores animas, ut ſupra capite tertio primæ partis diximus. Sed ad intellectionem hujus concluſionis.

Nota, animam ſumi poſſe, vel Metaphyſice, vel Phyſice; Metaphyſice quidem, ſecundum ſuos gradus formales, tum ſuperiores, tum inferiores, vegetantis, ſentientis, & rationalis quatenus abinvicem diſtinguuntur ſaltem in ordine ad noſtrum concipiendi modum: Phyſice vero, ſecundum ſuam entitatem realem & a parte rei exiſtentem. Hoc poſito,

Dico, Animam ſentientem & vegetantem Metaphyſice ſumptas eſſe formaliter in homine; & hoc nihil aliud eſt quam hominen ab anima rationali eſſe formaliter & eſſentialiter viventem & ſentientem, qualis revera eſt & denominatur; nihilominus tamen anima vegetans, & ſentiens Phyſice conſideratæ, id eſt, ſecundum exiſtentiam ſibi propriam in homine non

 ſunt,

sunt, quia sic distincta facerent compositum, aut ut dictum est, unum per accidens; præterquam, non videtur plures animas naturaliter & si subordinatas posse existere in uno eodemque corpore: Et sic satis manifestum est, animam rationalem esse actum, quo vivimus, sentimus, & intelligimus; quo vivimus, in partibus viventibus, quo sentimus, in partibus sentientibus, & quo intelligimus, in partibus intellectionis capacibus; nam anima rationalis in omnibus corporis partibus omnes actiones eodem modo non exercet propter organorum diversam dispositionem, sed operatur habita organorum ratione, & per ea agit illud solum, quod agere possunt instrumenta.

CAPUT II.

Utrum Rationalis anima sit materialis & corruptibilis Substantia?

DIcimus, Animam rationalem non esse materialem, nec corruptibilem, sed immaterialem & incorpoream, incorruptibilem

tibilem & immortalem ſubſtantiam. Hæc noſtra concluſio per partes probatur.

Nam primo, quod ſit ſubſtantia, fides catholica docet, & Scriptura teſtatur; nam ei tribuit, quæ ſubſtantiæ propria ſunt; cum dicit animam in corpore tanquam in quadam domo habitare, & ex eodem alio migrare; 2. *Cor.* 5. 1, 2. *&c.* Ratione etiam veritas iſta patet; nam primo, illud eſt ſubſtantia quod virtutum & habituum ſpiritualium juſtitiæ, nempe, charitatis, ſanctimoniæ &c. eſt ſubjectum: Atqui anima rationalis, virtutum ſpiritualium, ſicut & habituum eſt ſubjectum, ut clariſſime patet; ergo, eſt ſubſtantia ſecundo, quod eſt eſſentialis forma viventis eſt ſubſtantia; anima rationalis eſt eſſentialis forma viventis hominis; ergo, eſt ſubſtantia; tertio, illud eſt ſubſtantia, quod ſubſiſtentiam dat ſubſtantiæ & eam perficit eſſentialiter; atqui anima rationalis, virtute ſua, ſubſiſtentiam dat ſubſtantiæ, nempe, corpori, eamque eſſentialiter perficit; ergo, eſt ſubſtantia: Aliter corpus ab anima accidentaliter tantum differret, quod omnibus abſurdum videtur.

Secundo, quod ſit incorporea & immaterialis ſubſtantia, manifeſtum eſt, nam agendo nulla prorſus ratione miſcetur corpori, nihilque cum mentis actionibus communi-

cant actiones corporis. Præterea, si animam oppositè ad corpus consideres rationalem, eam esse incorpoream & immaterialem fateberis; nam, corpus certas habet dimentiones, & ea, quæ sibi proportionata sunt, tantum comprehendit; etenim certum quoddam spatium in alio occupet, necesse est, sicut etiam res certum in illo occupare spatium oportet: Unde fit, ut res incorpore locum non habeant, si illud excedunt, cum sic earum pars aliqua extra corpus sit necesse est: Sicut si res corpore minores sunt, totum corpus eas non continet, sed pars ejus; verum, anima rationalis cœlum & terram modo quidem immateriali continet sine impedimento, sicut & tempus præsens & præteritum sive alterutrius nocumento; infinita terrarum loca, quamplures personas, suppositа multa, & plurimas urbes sine compressione comprehendit; tandem in nostra rationali anima res secundum earum naturam, magnæ & parvæ reperiuntur non modo materiali, sed immateriali: Ergo, anima rationalis est incorporea & immaterialis.

Probatur iterum hæc secunda pars, Quia anima rationalis non educitur ex potentia materiæ, sicut aliæ animæ, quæ proinde materiales nuncupantur, sed extrinsecus per ordinationem Dei creantis, materiæ jam

dispositæ

disposita advenit ; nam , ut *Aristoteles lib. secundo , De genere Animalium. Cap. 3. dicit* , impossibile est quasdam animas extrinsecus advenire, nempe, non possunt animæ extra materiam venire, quarum actiones ita corporeæ sunt, ut sine corpore esse non possunt, sed necessario illas ex potentia materiæ educi necesse est; unde cum speculando advertisset nullam animam, excepta rationali anima, habere suas actiones a materia independentes, solutionem dubii prosequitur, dicens ; restat, ut mens sola, seu anima rationalis extrinsecus accedat , eaque sola divina sit, quia nihil cum ejus actione communicat actio corporalis ; unde *lib. De elementis*, dicit , quod innato sit spiritus vitæ jussu Dei : Ergo, anima rationalis est incorporea & immaterialis.

Tertio & ultimo, quod sit incorruptibilis & immortalis, planum est ; sed adverte duplex esse immortale & incorruptibile: Unum ita est quod nullo modo interire potest; quia est simplicissimum & ex se suum esse habet a nullo dependens, qualis est solus Deus, cujus respectu omnia alia sunt corruptibilia; alterum incorruptibile & immortale dicitur, quod nunquam actu corrumpitur, nihil contrarii in sua natura habens ; sed cum dependet ab alio in suo esse & conservari, potest

ad illo agente, a quo dependet, mutari: Omne enim dependens ab eo, a quo dependet, si est voluntarium principium, ut Deus est, a quo Angeli & animæ nostræ dependent, mutari potest.

Itaque anima rationalis est incorruptibilis & immortalis, quia creator eam corrumpere nolit, qui in ipsa nihil contrarii, a quo corrumpatur condidit; imo eam non a causa, sed a subjecto absolutam fecit; nostra assertio Scriptura patet; nam sapientissimus regum *Salomon Eccles.* 12. v. 9. Dicit spiritum, id est, animam rationalem redire ad Deum, qui eum dedit; Christus ipse æterna Patris sapientia testatur, Lu. 16. v. 22. Animam Lazari in sinum Abrahæ ab Angelis post mortem delatam fuisse; sed ratione hæc patet veritas; nam communes notiones quas κοινὰς ἐννοίας, seu σπερμα vocant, a Deo naturaliter homini datæ de natura ipsius divinæ majestatis, voluntate & cultu ejus manifeste ostendunt animam esse incorruptibilem & immortalem; ad quod, velim, consideratio creatoris in hoc mundo serviret æterni; ad quod ejus cultus sine spe immortalitatis? Si itaque attente nostrarum animarum opperationes consideremus, immortales esse fatebimur; nam, non video animam posse intueri immortalitatem, & de ea loqui, si esse

mortali

mortalis & corruptibilis; quare, quæso, terrena & mortalia omnia transcenderet; & cœlestes, divinas, & æternas res mirando acumine scrutaretur? Quare sentirent impii horribiles conscientiæ stimulos? nam si crederent animas cum corporibus interire, judicem non metuerent, & de futuris pœnis anxie non comvoverentur.

Præterea ad majorem nostræ conclusionis confirmationem, anima rationalis res a materia abstrahit per intellectum, easque sine materialibus conditionibus, sine quantitate & figura cognoscit, res intelligit a materia liberas, non offenditur multitudine & vehementia objectorum, infinita potest capere, & quamvis plurima cognoscat, semper tamen plura potest anima cognoscere: non solum sic res intelligit, verum etiam semetipsam comprehendit; appetitumque habet suæ beatitudinis insatiabilem, qui cum in hac vita non expleatur, alium hominis statum restare credendum est; & sic manifeste probatur animam rationalem esse incorruptibilem, & immortalem incorpoream & immaterialem, cum radix immortaitatis sit immaterialitas.

CAPUT III.

De Origine rationalis animæ.

FAlsa mihil videtur sententia quorundam, qui crediderunt omnes animas rationales longo tempore extitisse, antequam corporibus infunderentur in statu perfectissimo omnibus scientiis, virtutibusque præditas, sed eas in pœnam peccati deinde fuisse detrusas in corpora, ex qua mutatione status pristini & scientiarum omnium, quas antea obtinebant, oblitæ sunt; etenim, refutatur imaginatio ista, seu sit Tertuliani post Platonem, quibus communiter ascribitur, seu aliorum; quia nulla forma prior est tempore suo composito: atqui anima rationalis est forma hominis; ergo, non tempore homine prior est: unde Thomas quæstionibus disputatis de potentia *Dei*, *Q. Tertia*, *Art.* 10. *ad* 16. Asserit illam dependere a corpore, quoad principium sui esse, quamvis non dependeat quoad finem.

Quæret aliquis, utrum saltem potuerit anima rationalis creari ante corpus, ita ut quemadmodum corpore corrupto ipsa incorruptibilis superstes manet, ita nondum

creato

creato corpore potuerit ipsa jam creata existere? Pro responsione ad quæsitum,

Dico pro conclusione sine præjudicio divino, non posse animam rationalem creari ante corpus lege ordinaria, sed necessario illam in corpore esse productam.

Probatur conclusio, Quia anima rationalis essentialiter & ex natura sua est forma; forma autem essentialiter & ex natura sua suæ materiæ unitur, sicut pars ut pars necessario & ex natura sua suæ comparticonjungitur; ita ut forma, quæ essentialiter est pars, nunquam prius existat quam suæ materiæ sit unita. Est inquam, de natura seu essentia formæ, ut suæ materiæ uniatur, & proinde statim ab ejus productione; nam si hoc non est de essentia illius præter naturam & consequenter per accidens forma unitur materiæ; atque ita ex materia & forma fit unum tantum per accidens, & homo fit per accidens ex unione præter naturali animæ præexistentis ad corpus.

Confirmatur conclusio nostra; quia dici non potest (supposito quod anima rationalis creetur antequam corpori uniatur) quomodo eveniat, ut ei uniatur, utrum violenter, vel naturaliter, vel libere ex se ipsa, vel per Dei ordinationem; nam si primum dicatur, cum omne violentum

sit

sit innaturale; sequitur hominem resultantem ex innaturali unione animæ ad corpus esse innaturalem: Si dicatur secundum, cum id quod naturale est, sit necessarium & determinatum, invenitur contra intentum adversariorum, animam non prius creatam esse quam unitam, vel illam, quamdiu manet non unita, manere in statu violento & innaturali. Atqui absurdum est dicere, animas omnes creari in statu violento & inntaurali; ergo, anima rationalis ante corpus minime creatur lege ordinaria, sed statim a productione ejus, corpus infunditur.

Si dicatur tertium, scilicet, animam rationalem uniri libere, seu ex sua voluntate, non potest reddi ratio, cur velit nunc potius anima uniri quam ante, vel post; sequitur etiam hominem casu & accidentario generare alterum hominem, quia nimirum, ille effectus est casualis, qui dependet a pluribus causis voluntariis non agentibus ex condicto & subordinatione; sed homo generans, seu sese applicans voluntarie generationi, & anima ante corpus creata & a corpore separata, voluntarie sese conjungens corpori, seu materiæ ad hominis compositionem, sunt duæ causæ voluntariæ, non agentes ex condicto & subordinatione, quia una non pendet ab altera, ut notum est: ergo, ex positione præexistentis rationalis animæ, quæ se libere

materiæ

materiæ uniat, sequitur unionem. Istam esse casualem, & hominem ipsum esse effectum casualem & accidentalem; præterea sequeretur animam posse sua sola voluntate corpus deserere; quia non est difficilius illam corpori conjunctam a corpore se separare, quam eam separatam & præexistentem sibi unire & conjungere; sed voluntarie animam corpus deserere, quid falsius?

Si dicatur quartum, scilicet, creatam animam rationalem ante corpus per ordinationem Dei postea in corpus infundi, certe dicendum est, statum separationis animæ ipsi esse convenientiorem secundum modum naturæ suæ, atque adeo inconvenienter Deum ordinasse, ut anima corpori uniatur, cum ex tali unione sequatur, ut acquirat statum minus convenientem; cum tamen Deus, sicut nec ipsa natura, res non deducat a perfecto statu ad imperfectum, sed imo ab imperfecto ad perfectiorem: Ex dictis etiam de anima sentiente & vegetante in homine aliter concludendum est; nam, cum rationalis anima non differat secundum substantiam a sensibili & vegetabili in ipso homine, sequitur, quod sicut impossibile est creari animam vegetabilem aut sensibilem sine corpore aut ante corpus, cum sit essentialiter actus corporis, quemadmodum ab omnibus admittitur, ita etiam impossibile est lege ordinaria, animam

rationalem

rationalem creari ſine corpore aut ante corpus.

Objicies, Non eſt difficilius Deo creare animam ſeparatam quam illam conſervare a corpore ſeparatam; atqui Deus conſervat animam a corpore ſeparatam: ergo, anima rationalis a Deo poteſt creari ſine corpore & ante corpus.

Reſpondeo æquali cum facilitate, Deum facere quicquid poſſibile eſt; ſed ideo, non poſſe dico, animam a corpore ſeparatam creare lege ordinaria rebus impoſita, quia, talis ſtatus videtur incongruus, utpote, qui ſequitur ex defectu, ſcilicet, ex peccato, ex quo, ſequuta eſt mors, id eſt, animæ ſeparatio; Deus autem mortem non fecit, ſed impii, ſicut ſcriptum eſt Sapientiæ primo: Firmum ergo maneat, cum ſit impoſſibile, quod Dei opera a defectu incipiant, animam ſine corpore aut ante corpus minime produci.

Nota autem multis videri præpoſitas iſtas rationes in probationem noſtræ concluſionis, nullius eſſe momenti apud eos, qui inficiantur animam rationalem eſſe partem naturæ humanæ, ſeu animam uniri corpori, ut formam, ſed e contra aſſerunt, quod anima rationalis per ſe habet ſpeciem & completam naturam, & non unitur corpori, ut forma, ſed ſolum ad ipſum

ſum adminiſtrandum; quamvis apud alios, qui fatentur animam uniri corpori, ut formam, eamque eſſe naturaliter humanæ naturæ partem, admodum ſint urgentes, & forte omnino convincentes, ſed ut valeant apud omnes rationes noſtræ ſit.

CAPUT IV.

Utrum anima rationalis uniatur corpori, ut forma.

DIcimus, animam ralionalem uniri corpori, ut formam, eamq; informantem, non autem aſſiſtentem aut adminiſtrantem tantum, quomodo ab aliquibus dicitur de Angelis, quod corpora cœleſtia informant, id eſt, adminiſtrant & movent.

Probatur primo concluſio, Quia, illud eſt forma hominis, & corpori ejus unitur, ut forma, in cujus operatione beatitudo & felicitas formaliter conſiſtit (nam beatitudo conſtituenda eſt in actione hominis præſtantiſſima & ſpeciei ejus maxime propria, neceſſario autem actio ſpeciei propria eſt a forma ipſam ſpeciem conſtituente) atqui, ut communiter dicitur, beatitudo formalis conſiſtit in aliquo actu animæ

mæ rationalis, ut rationalis est, cum nulla actio homini præstantior, nec ulla ei magis propria secundum speciem conveniat, etenim, in aliis actionibus cum inferioribus creaturis communicat: Ergo, anima rationalis corpori hominis unitur, ut forma informans, non assistens tantum, aut administrans.

Probatur secundo nostra conclusio, Quia, illud est forma alterius, & ei unitur, ut forma, a quo desumitur differentia speciei suæ constitutiva & distinctiva a quacunque alia specie: atqui ab anima rationali desumitur humanæ speciei differentia constitutiva & distinctiva a quacunque alia specie; nam per rationale, quod ad animam rationalem pertinet, homo differt a quocunque alio non homine: ergo, anima rationalis corpori unitur, ut forma.

Probatur tertio conclusio, Quia, illud, quo primo aliquid operatur, est forma ejus: Atqui anima rationalis est id, quo primo homo, quatenus homo, seu humano modo operatur: ergo, anima rationalis est forma hominis, & ei, ut forma unitur.

Certa est major propositio, quæ tamen sic declaratur; quia, in tantum aliquid operatur, in quantum est actu, & in tantum aliquid est actu, in quantum habet formam, quæ substantialis existens est actus primus.

Quod

Quod autem anima rationalis sit id, quo primo homo, ut homo, seu humano modo operatur, manifestissimum est, nam licet in homine sit una tantum anima, qua vivit, sentit, & intelligit, nihilominus dici non potest, quod homo intelligat, quatenus est vivens aut sentiens anima vegetante aut sentiente simpliciter; alioquin, omne vivens & omne sentiens intelligeret; sed tantum, quatenus anima rationali seu intellectiva præditus est & informatus; ergo, ut supra, anima rationalis est forma hominis, & ei unitur, ut forma.

CAPUT V.

Utrum anima rationalis, cum sit forma informans cum semine traducatur?

Quidam Patres, Ecclesiæ Doctores, animam rationalem traduci a parentibus in filios opinati sunt: Etenim, Tertullianus vult animam cum semine traduci, animamque filii esse ab anima patris, quod quidem non mirandum est in eo, qui animam corpus esse pertendit? in eadem sententia fuisse maximam

maximam occidentalium partem teſtatur Hyeronimus, Epiſtola ad Marcellinum. Divus Auguſtinus quatuor libros De origine animæ ſcripſit, in quibus hanc quæſtionem indeciſam relinquit, nec audet temere quicquam definire, eumque uſque ad mortem hac in dubitatione fuiſſe teſtatur liber ſecundus retractationum; alibi tamen Tertullianum exagitat, & in contrariam opinionem videtur eſſe pronior, & aſſerere animam extrinſecus advenire, eamque omnipotenti virtute creari, creatamque corpori ſtatim uniri, quæ ſententia probabilior mihi videtur: Unde,

Dico, Animam rationalem ſeu humanam in corpore ex nihilo a Deo creari, corporique immediate ab ejus creatione uniri.

Probatur primo, Scriptura ſacra animæ rationalis creatio: etenim Moſes Numer. 27. 16. dicit Jehovam eſſe Deum ſpirituum omnis humanæ carnis, ut & Apoſtolus ad Hæbræos cap. 12. 9. loquitur, dicens, ſi corporum noſtrorum patres habuimus caſtigatores, an non multo magis ſubjiciemur τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, patri ſpirituum; ubi obſervandum eſt, Deum a Moſe & ab Apoſtolo, peculiari elogio ſpirituum patrem nuncupari, ut opponatur patribus carnis, qui, ut videtur ſpirituum patres eſſe non poſſunt: At vero, ſi anima eſſet ex

traduce

traduce iidem qui sunt patres carnis, essent quoque spirituum patres, ut patet; & sic, hoc titulo Deus non apte distingueretur a patribus carnis, si non aliter animas, quam corpora formaret.

Præterea, Moses de hominis creatione sic scribit, *Gen.* 2. 7. insufflavit Jehova in nares ipsius halitum, seu spiraculum vitæ, quod est anima rationalis, qua homo respirat; nam, ut Græci animam ἀναπνοὴν à ἀναπνέω, refrigero, seu respiro, appellant; ita Hebræi eam נשמה neschama & נפש næphæsch, a נפח, naphasch, respiravit, nuncupant. Unde sequitur, & sic homo factus est anima vivens, id est, animatum vivens: nec objici potest, aliam generationis, aliam creationis rationem esse: nam, si ita esset, sequeretur, animas nostras aliunde esse, quam primi parentis anima extitit, nostras, scilicet, ex præexistente subjecto, eam vero Adami ex nulla præsupposita materia fuisse, quod absurdum mihi videtur, nam, nihil ex materia generatur, nisi quod initio quoque est ex materia creatum.

Probatur secundo exemplo: Nam nostræ sententiæ fidem astruit conceptio Christi in beatæ Virginis utero; cum enim secundum carnem, Patrem non habuerit Christus (cum non viri ministerio, sed Spiritus sancti operatione ex sanguine matris,

ſpiritus virtute præparato & ſanctificato, conceptus ſit) planum eſt non ex traduce feminis, ſed immediate a Deo creatam fuiſſe ejus animam: etenim, ſi anima rationalis non eſt a Patre producta, nec etiam ea poteſt eſſe a Matre traducta, cum in actione principali generationis, ut capite de generatione viventium probatum eſt, mulier paſſive tantum ſe tenet; ſed forſan dices, ſecundum Medicos in iſta actione etiam active ſe tenet, nectum concurrit; fateor, eos ita opinari, ſed hæc eorum opinio nihil roboris contra noſtram aſſertionem affert: nam in actione principali generationis mulier totaliter non concurrit, ſed tantum partialiter ſecundum eos, cum mulier naturaliter ſine devoluto ſemine in debitum locum generare minime poſſit. Verum dices, hoc quod attuliſti, eſt extraordinarium exemplum, & ſupernaturale; ita eſſe concedo, ſed tamen inde non probatur, quod anima Chriſti a Matre ſola cum ſanguine ejus fuerit traducta; cum ita Chriſtus ab inſtanti conceptionis ſine peccato non fuiſſet; nam ejus anima fuiſſet educta ab anima beatiſſimæ Virginis, peccato tamen infecta; prætquam concretio Chriſti in inſtanti perfecta eſt, ad quam active Virgo concurrere non potuit. Sed,

Probatur tertio ratione: Nam primo

anima

anima, quæ est aliquid supra naturam, in ipsius efformatione cum cæteris rebus naturalibus non potest lege communi generari. Aliter productionis rei immaterialis & spiritualis ratio eadem esset cum productione rei materialis & corporalis, quod absurdum est. Secundo, si anima rationalis ex traduce generaretur, aut ex anima sola, aut ex corpore solo, aut ex corpore & anima simul generaretur: verum non generatur anima rationalis ex anima sola, quia ex incorruptibili, & immateriali nihil generatur, ut patet in Angelis, ex quibus, & si sint completæ substantiæ spirituales, nihil producitur sibi ipsis simile: nec ex corpore solo est anima, ut fatentur, quia illa non est corporea: neque etiam ex corpore & anima simul generatur, quia ita partim corporea, partim incorporea esset. Tertio, si anima non generaretur, nisi per corpus, etiam non posset per se existere extra corpus, quod falsum est & hæreticum; quia in ea ratione penderet a corpore in suo existere & operari, ut fiat in ipsius productione; nam ea quæ dependent a materia in suo existere & operari, sine ea esse non possunt, ut patet de animis brutorum, quæ cum dependeant a materia in suo producere, existere, & operari; sine ea conservari non possunt.

Quarto anima filii & filiæ, vel eſt ab anima Patris ſola, vel ab anima Matris; vel ab anima tam Patris quam Matris traducitur: non ab anima Patris, aut Matris ſola; quia ſic, vel tota anima Patris, vel tota Matris traduceretur, & ſic poſt generationem eſſent exanimes, vitaque privati parentes: vel aliqua animæ Patris, vel Matris, aut utriuſque portio eſſet; quod etiam falſum mihi videtur, quia ſic anima eſſet diviſibilis, & proinde corruptibilis & mortalis, quod eſt contra fidem quam profitemur; nec etiam anima rationalis eſt ab anima tam Patris, quam Matris, quia ita duæ animæ in unam coaleſcerent & ſimul miſcerentur, quod non probabile videtur. Præterea, anima humana tranſmitti non poteſt eo modo, quo lumen accenditur de lumine, ut putavit Tertullianus, & alii opinantur, nam talis propagatio fit tranſmutatione admotæ materiæ; & ſic materia animæ generantis admota in animam verteretur; nam anima in generatione ſine quodam corporeo ſubjecto nullo modo agit; quinto, ſi anima cum ſemine traducatur; quid fiet de tot ſeminibus irritis, quæ cadunt, aut inhoneſte amittuntur, vel in matrice recepta uſque ad conceptum non perveniunt; aut totidem animæ humanæ intercident, aut in utero ſuffoca-

ſuffocabuntur, aut ſolæ permanebunt extra materiam, & ſic in æternum erunt ſine corpore, cum tamen credimus omnes & ſingulas hominum animas in noviſſimo die ſua corpora eſſe aſſumpturas: ergo, anima rationalis cum ſemine non traducitur, ſed a Deo immediate creatur; unde Adamus de Eva dicit, *Gen.* 2. 23. hæc os de oſſibus meis, & caro de carne mea eſt; non vero anima de anima mea; quod procul dubio dixiſſet, ſi ex ejus anima deſumpta fuiſſet anima Evæ: ſexto, hoc patet in hominis reſolutione, ubi corpus in pulverem redit, ſpiritus vero, ſeu anima ad Deum, *Eccleſ.* 12. 9. qui eum dedit; nam iſta voce; ſpiritus redit aut revertitur ad Deum, qui eum dedit. Solomo oſtendit ſatis manefeſte animam a Deo per creationem profectam eſſe, & eo redire, unde habet originem: unde *Zacharias cap.* 12. 1. Dicit; Jehovah extendit cœlos, fundat terram, & format ſpiritum hominis in eo: ergo, a primo ad ultimum patet, animam a Deo creari.

Objicies primo, ſi anima ex traduce non ſit; quomodo homo generare hominem dicitur? Reſpondeo ſatis eſſe ad generationem hominis quod generans, & ſi non det totam ſubſtantiam, dat tamen ſubſiſtentiam perſonæ, & non tantum mate-

riam fœtus ſuppeditat, ſed in ſuper ſuggerit diſpoſitiones & aptitudines ad formam per quam homo exiſtit, recipiendam. Unde Philoſophi dicunt, hominem formam unire materiæ, ut unum fiat compoſitum, ſed paſſiva tantum non autem active; & ſic qui animæ a corpore ſolutionem procurant, hominem occidiſſe dicuntur, quamvis anima, cadente corpore, illæſa maneat.

Dices ſecundo, ſi anima rationalis cum ſemine non traducatur, ſed a Deo creetur, tunc Deus non perfecit omnia ſua opera die creationis ſeptimo! Atqui legimus *Gen.* 2. 2. quod Deus complevit die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requievit die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat: ergo, anima rationalis a Deo immediate non creatur, ſed cum ſemine traducitur. Reſpondeo negando ſequelam majoris; quia nunc Deus novas non producit creaturas quod ad ſpecies; unde, dicendum eſt ad textum Scripturæ, quod Deus complevit opus ſuum creationis, nempe, omnium ſpecierum die ſeptimo, ſed non productionis omnium individuorum, nam nova individua ſua divina providentia continuo producit, ut patet *Joan.* 5. 17. Pater meus uſque modo operatur, inquit Chriſtus, & ego operor. Verum dices,

hoc

hoc est mediate tantum, non vero immediate, de quo nunc est quæstio. Ad quod dico, Deum nulla individua immediate nunc producere, & si ab eo anima rationalis immediate creatur; nam anima sola non est individuum, quia, ut unum sit individuum, anima corpori, quod Deus immediate non producit, uniatur necesse est; & sic vides in creatione animæ novam non creari creaturam, cum in primis operibus aliquo modo ipsa præcesserit. Itaque, quia anima rationalis est immaterialis, ea omnipotenti virtute ad dispositiones ad formam divina providentia positas a Deo, propter impotentiam humanam creari immediate debuit.

Quæres, Quia igitur ratione peccatum originis in posteros transmittur?

Respondeo, Non ratione animæ, nec ratione corporis, sed ratione propagationis totius hominis ab uno Adamo; nam quod totum genus humanum ab Adamo corruptum est, non tam ex genitura provenit, quam ex Dei ordinatione, & justa ejus vindicta: nam, sicut omnes homines in uno, quasi radice, & capite humani generis, justitia originali ornaverat; sic, postquam peccavit Adam, in eodem omnes merito donis suis spoliavit; nam, ut *Inst. lib. 2. cap. 1. Calvinus* optime loquitur, neq;

in ſubſtantia carnis, aut animæ cauſam habet contagio: Quia a Deo ita fuit ordinatum, ut quæ primo homini data contulerat, ille tam ſibi quam ſuis haberet, ſimul & perderet.

Sed ad pleniorem hujus Reſponſionis explicationem, obſervandum eſt primo, quod peccatum originis proprie, nec in animam, nec in corpus ſeorſim ſumpta, ſed in hominem propagatur; quia, nec anima, nec corpus ſeorſim ſumpta, ſed homo, ſeu homines in Adamo peccarunt, *Rom.* 5. 12. Ideoque non ante actu ſunt peccatores, quam actu ſint homines.

Nota ſecundo, Quod ſicut generatio noſtra incipit a corpore, ſic in eo primo exiſtit peccatum originis, non quidem formaliter ante animæ conjunctionem cum corpore, ſed materialiter; id eſt, ut loquuntur quidam Theologi, principium, & fomes quidam peccati, ex quo illud neceſſario ſequatur; quia, idem eſt ordo propagationis naturæ humanæ, & peccati humani, ſubjecti & accidentis: cum itaque ſemen ab immundis decidatur, ipſum mundum eſſe non poteſt.

Obſervandum eſt tertio, Quod ſimul ac anima creatur a Deo in corpore, & ei unitur in [illegible] humanum, tunc peccatum formaliter exiſtit in homine, in corpore autem

animæ unito prius existit peccatum originale, quam in anima ordine naturæ, quia corpus ex semine immundo concipitur; anima vero pura a Deo creatur, & sic creata in primæ transgressionis pœnam, tum puritate sua privatur, tum corporis contagione infecta, corrumpitur: quo duplici modo peccatum originale in animam derivari statuunt Theologi; nam, Deus postquam creavit animam in corpore, statim pro justo judicio suo eam deserit, puritate originaria privat, & corpori corrupto corrumpendam tradit; & hoc satis manifestum videri debet propter intimam animæ cum corpore unionem; cum etiam Philosophi docent, animi affectiones, seu passiones naturaliter sequi temperaturam corporis, mutuamque inter animam & corpus συμπαθίαν agnoscunt.

Restat nunc dicendum, quod anima ex nihilo in corpore producitur; Quod probatur hoc modo, substantia spiritualis & immaterialis producitur ex nullo præsupposito subjecto; ut patet de Angelis, atqui anima est substantia spiritualis & immaterialis: Ergo, a Deo producitur sine ullo præsupposito subjecto, & consequenter ex nihilo, non extra corpus, sed in corpore; nam, ut ait *Zacharias* Propheta, Deus est qui format animam hominis in eo: Itaque

anima non est de Deo, ut volebant Manichæi (quod enim de Deo est Filius, aut Spiritus Sanctus est,) sed a Deo est: Neque Divinæ substantiæ pars quædam est, ut *Epicurus* & *Seneca* sunt opinati: nam, Divina essentia non est in partes divisibilis, etenim, si communicatur, tota communicatur, ut in Filio & Spiritu Sancto, qui propterea eandem cum Patre numero essentiam habent; neque est anima rationalis ex cœlestibus corporibus, ut voluerunt quidam Philosophi; neque ex elementis Igne, aut Aere, ut arbitrati sunt alii; neque denique ex compositione humorum corporis, aut ex atomis quibusdam, ut quidam somniarunt (his enim nihil est, inquit *Cicero*, quod vim memoriæ, mentis, & cogitationis habeat, quod & teneat præterita, & futura prævideat,) neque demum ex alia anima, cum ex incorruptibili nihil generatur; sed plane ex nihilo, non ante corpus, sed in ipso corpore a Deo immediate creatur.

CAPUT VI. & ultimum.

De Animæ rationalis facultatibus, Intellectu, Voluntate, & Memoria.

Dico primo; Intellectus ea potentia est, qua homo cæteris animantibus præstat,

Deoque

Deoque optimo maximo sit propior. Etenim, per Intellectum secreta mysteria scrutatur homo bonum a malo, verumque a falso discernit. Unde dicunt Scholastici duplicem esse Intellectum, Practicum, nempe, & Theoreticum: Practicus Intellectus is est, quo bonum a malo & æquum ab iniquo discernimus: Theoreticus vero Intellectus ille dicitur, quo verum a falso distinguimus. Utriusque Intellectus judicium ex boni, verique notionibus a Deo, authore naturæ, mentibus nostris inditis provenit, ut patet *Rom.* 1. & 3. capitibus.

Facultas ista cum sit inorganica & immaterialis, immaterialiter agit: Nam, intellectus res a materia abstrahit, & secernit, sine quantitate, ut omnes percipiunt, cognoscit res a materia liberas, multas & propemodum infinitas intelligit (ita ut eas non tam cognoscat & intelligat, quam alia multa intelligere possit) operationes sine instrumentis corporeis edit, & in actione sua nullo prorsus modo corpori miscetur, ut patebit consideranti; quod si utatur phantasmate, dum anima est in corpore, ad ratiocinandum, eo non utitur tanquam organo, sed suæ ratiocinationis objecto, ut dixi Cap. 1. primæ partis hujus Tractatus. Post Intellectum sequitur Voluntas. Unde,

Dico

Dico secundo; Voluntas est animæ rationalis potentia spiritualis, qua objecta ab intellectu monstrata rejicimus, aut amplectimur prout bona, aut mala ab intellectu judicantur: vel aliter, sed in eundem sensum definiri potest, vis animæ rationalis, qua ea ab intellectu cognita sequimur vel fugimus: Unde objectum Voluntatis est bonum ab Intellectu cognitum voluntatique propositum, contrariumque malum est; hinc bonum sequitur voluntas, & malum fugit.

Præterea, cum actio intellectus sit recta in prima apprehensione hominis, v. g. aut equi & reflexa seu duplicata, cum cognoscit se cognoscere quod cognoscit; ita etiam actio voluntatis sub velle & nolle, recta & reflexa esse potest; unde, voluntas aliquando Intellectus nuncupatur, sed extensus: nihilominus tamen actionem voluntatis rectam solum esse dicimus, cum reflexa operatio proprie pertineat ad intellectum, cujus proprium est judicare: actio itaque voluntatis est nolle & velle, elicitum aut imperatum. Unde,

Dico tertio; Actiones voluntatis sunt duplices, Elicitæ & imperatæ; Elicitæ actiones eæ sunt, quas voluntas edit independenter a potentiis inferioribus; imperatæ vero actiones voluntatis eæ sunt, quas infe-

inferioribus potentiis, appetativæ & locomotivæ facultatibus imperat & injungit; ad voluntatis enim imperium movemur, aut quiescimus, quamvis per peccatum hoc imperium voluntatis maxime sit labefactatum, adeo ut sæpe appetitus sensitivus imperium voluntatis excutiat.

Ad voluntatem pertinet liberum arbitrium, de quo hic nihil esset agendum; breviter tamen dicam, liberum arbitrium ita pertinere ad voluntatem, ut etiam aliquo modo ad intellectum pertineat; nam arbitrium dicitur ratione Intellectus, cujus est arbitrari, hoc est judicare, & judicata voluntati proponere: liberum autem ratione voluntatis quæ proprio suo motu absq; coactione objecta ab intellectu cognita & sibi proposita elegit aut repudiat.

Præterea, Illæ immateriales potentiæ, Intellectus & voluntas, duobus modis considerari possunt; vel præcise secundum se, vel quatenus sunt affectæ certis quibusdam habitibus, quorum magna vis est in earum actionibus, vel juvandis, vel præpediendis: si facultates illæ certis quibusdam habitibus affectæ considerentur, refferanturque ad suos affectus, morales dici possunt, & sic a quibusdam nuncupantur, quia destinatæ sunt edendis operationibus natura sua moraliter bonis; etenim in eum finem a Deo

facul-

facultates istæ hominibus concessæ, sunt ut eis ad pietatem & charitatem uterentur; si vero istæ potentiæ, intellectus & voluntas, secundum se considerentur, referantur que ad causas suas, naturales proprie appellantur; quia per naturam a Deo hominibus tributæ sunt illæ facultates, & ad naturæ hominis constitutionem pertinent; non enim sane aliunde accesserunt ad naturam hominis, nec eas studio nostro aut labore acquisivimus, sed sic nati sumus, sic a Deo naturaliter facti & constituti.

Ad memoriam quod attinet, dico quarto, dupliciter eam considerari debere, nam una est sensitiva, altera intellectiva, & utraque homini competit, sicut intellectiva Angelis, & sensitiva memoria solis animalibus perfectis, ut patet *Disput* 4. *De sensu interno*, *cap.* 3. in ea sensitiva memoria species objectorum sensibiles conservantur, unde fit, quod eæ imagines sæpe somniando nobis repræsentantur per sensitivam illam memoriam: Intellectiva vero memoria de qua hoc in loco agitur, ea est facultas, in qua species Intelligibiles, quæ sunt objectorum imagines conservantur: Species autem dico Intelligibiles, ut distinguantur a sensibilibus speciebus quæ in memoria sensitiva materialiter conservantur, cum e contra species Intelligibiles in Intellectuali

sunt

ſunt ſpiritualiter & immaterialiter; Sed,

Notandum eſt duplicem eſſe ſpeciem intelligibilem; nam una eſt expreſſa, quam intellectus format circa objectum; quæ ſpecies intelligibilis nihil aliud eſt quam actio intellectus in facto eſſe; altera ſpecies intelligibilis impreſſa dicitur, & nihil aliud eſt, quam objecti imago impreſſa immaterialiter in intellectuali memoria, cujuſque beneficio intellectus ſuis objectis unitur in ratione cognoſcibilitatis & intelligentiæ; & hæc de corpore animato.

Soli ſapienti Deo, Creatori cæli & terræ, omniumque quæ in eis ſunt gloria, & magnificentia ſit nunc & per omnia ſecula. Amen.

FINIS.

MVSEVM
BRITAN
NICVM